T uero ante urbem conditā.ccc.triceſimo & amplius anno raptus Helenæ cōiuratio Græcoꝝ & concurſus mille nauiuꝫ dehinc decennalis obſidio ac poſtremo famoſum Troiæ excidiū prædicatur:in quo bello per decem annos cruentiſſime geſto: quas nationes:quantoſque populos idem turbo inuoluerit: atque afflixerit. Homerus poeta in primis clarus luculentiſſimo carmine palam fecit. nec per ordinem nūc retexere noſtrum eſt:qūia & operi longū & omnibus notum uidetur. Veꝝtamen qui diuturnitatē illius obſidiōis euerſionis atrocitatem:cædem captiuitatemque didicerūt:uideant: ſi recte iſto:qualiſcūque eſt præſentis tēporis ſtatu offendūtur: quos hoſtes occulta miſericordia dei cū per omnes terras inſtructis copiis perſeq poſſent:pacis gratia prætentis obſidibus per oīa maria ſequūtur. & ne forte hæc quietis amore facere credantur:ſe ipſos ac ꝑicula ſua pro romanoꝝ pace aduerſus alias gentes offerunt.

Aeneæ in Italiam aduentus.

Aucis præterea annis interueniētibus Aeneæ ꝓfugi ex Troia aduentus in Italiā quæ arma cōmouerit:qualia per trienniuꝫ bella excitauerit:quantos populos īplicuerit:odio excidioqꝫ afflixerit ludi litterarii diſciplina noſtræ quoque memoriæ inſitum ē

Hoꝝ prӕterea tempoꝝ medio īteriacent exilia.naufragiaque Grӕcoꝝ
Pelopenſiũ clades:Codro moriente.fatoꝝ ignari Thraces noua ī bella
ſurgentes.& generalis tunc per totā Aſiam Grӕciamque cōmotio.

De Sardanapalo rege Aſſyrioꝝ nouiſſimo.

Nno ante urbē conditam.lx.iiii.nouiſſimus apud Aſſyrios re
gnauit Sardanapalus:uir muliere corruptior: qui inter ſcor
toꝝ greges fœmineo habitu purpuram collo tractās a prӕſe
cto ſuo Arbacto.qui tũc Medis prӕerat uiſus:atque execrationi habi
tus:mox etiam excitis Medoꝝ populis ad bellũ ꝓuocatus & uictus ar
dente pyrӕ ſe iniecit.Exhinc regnum Aſſyrioꝝ in Medos cōceſſit. De
inde multis prӕliis undique ſcatentibus:quӕ per ordinem diſſerere ne
quaquam aptũ uidetur:per uarios ꝓuentus ad Schytas Chaldӕoſqꝫ
& rurſus ad Medos parili uia rediit.In qua breuitate penſandũ ē:quā
tӕ ruinӕ cladeſque gentium fuere.quāta bella fluxerũt:ubi totiēs tot
& talia regna mutata ſunt.Poſt hӕc Medis Phraortes imperitauit:qui
creberrimis Perſaꝝ Aſſyriorumque bellis uiginti & duos regni ſui an
nos conſumpſit.Poſt hunc Diocles regnauit:uir armis expertiſſimus
ſemperque bellis īmoratus:qui auctum late imperiũ moriēs Aſtyagi
dedit.Aſtyages uirili prole uacuus Cyrum nepotem apud Perſas ge
nitum habuit.Sed Cyrus mox ut adoleuit:congregata Perſarũ manu
auo certamē indixit.Porro Aſtyages oblitus ſceleris ſui:quod ī Har
palũ dudum admiſerat:cũ filium eius unicũ & paruulũ īterfecit: epu
landumque patri appoſuit:ac.ne quid infeliciſſime orbitati felix igno
rantia ſubtraheret:infames epulas oſtenſis patri cũ capite manibus im
properauit.Huius ergo facti īmemor ipſi Harpalo ſummam belli cō
miſit:qni acceptum exercitũ ſtatim Cyro per ꝓditioneꝫ tradidit: quo
comperto Aſtyages raptis ſecuꝫ copiis ī Perſas ipſe ꝓficiſcit̃.actiuſqꝫ
certamen inſtaurat:ꝓpoſito ſuis metu:ſiquis de prӕlio cedere moliret̃
ferro exciperetur:qua neceſſitate inſtanter Medis pugnātibꝰ: pulſa iterꝝ
Perſaꝝ acies cũ paulatim cederet:matres & uxores eoꝝ obuiā occurrũt.
orant in prӕliũ reuertantur.Cuntantibus ſublata ueſte obſcœna cor
poris oſtendũt:quӕrentes:num in uteros matrꝝ uel uxoꝝ uellent refu
gere.Quo facto erubeſcentes in prӕliũ redeũt.& facta īpreſſione quos
fugiebāt:fugere compellũt.Ibi tũc Aſtyages capitur: cui Cyrus nihil
aliud q̃ regnum abſtulit.eũque maxime Hyrcanoꝝ genti prӕpoſuit.
In medos uero ipſe reuerti noluit. Is finis imperii medoꝝ fuit. ſed ciui

tates quæ tributariæ medoruꝫ erant: a Cyro defecerant: quæ res Cyro multoꝝ belloꝝ cauſa & origo extitit.

Quod Phalaris Siculus tyrannidē arripuit.

A tempeſtate Phalaris Siculus Agrigentinos arrepta tyrānide depopulabatur: qui crudelis mente: commentis crudelior omnia nefarie in innocentes agens inuenit aliquando: quē iuſte puniret iniuſtus. Nam Perillus quidam æris opifex affectans tyrāni amicitiam aptum munus crudelitati illius ratus taurum æneum fecit: cui fabre ianuam e latere compoſuit: quæ ad contrudendos damnatos receptui foret: ut cum in cluſis ibidem ſubiectis ignibus torreretur ſonum uocis extortæ capacitas concaui æris augeret: pulſuque ferali competens imagini murmur emitteret. nefarioque ſpectaculo mugitus pecudis: non hominis gemitus uideretur. Sed Phalaris factuꝫ amplexus factorem execratus & ultioni materiam præbuit & crudelitati Nam ipſum opificem ſua inuentione puniuit. Fuerat etiam paulo ſuperiori tempore apud Latinos rex Romulus: qui per annos. xviii. flagitiis impietatibuſque creſcens ad poſtremum diuino iudicio fulmīe interceptus matura ſupplicia immatura ætate exoluit. Eligant nunc: ſi uidetur: Latini & Siculi: utrum in diebus Romuli & Phalaris eē maluiſſent: innocentium uitas pœnis extorquentium: an his temporibus chriſtianis: cum imperatores Romani ipſa in primis religione compoſiti poſt communitas rei publicæ bono tyrannides ne ipſorum qdē iniurias exigunt tyrannorum.

De bello Peloponnenſiū & Athenienſiū.

Nno ante urbē conditā. xiii. Peloponnenſiū Athenienſiūque maximū bellū totis uiribus animiſque cōmiſſū ē: In quo cædibꝰ mutuis ad hoc coacti ſunt: ut uelut uicti ſe ab alterutro ſubtraherent: belloque diſcederēt. Tunc & Amazonū gentis & Cimmerioꝝ in Aſiam repētinus incurſus: plurimā diu lateqꝫ uaſtationem ſtrageqꝫ edidit. Anno uiceſimo ante urbē cōditā Lacedæmonii cōtra Meſanios ꝓpter ſpretas uirgines ſuas ī ſolēni Meſanioꝝ ſacrificio ꝑ ānos. xx. īdefeſſo furorē bell ītes ruinæ ſuæ totas Græciæ uires īplicueīt: q cū ſe magnis execratiōibus deuouiſſent: ſacramētiſqꝫ obſtrinxiſſent

domum niſi Meſana expugnata nunquam eſſe redituros: ac per deceꝫ annos longa fatigati obſidione:nec tamen aliquem uincendi fructũ adepti:porro autem & querelis uxorum ſuper longa uiduitate:& periculo ſterilitatis conteſtantium permoti reuocarentur:conſultatione habita ueriti:ne intercepta ſpe ſobolis ſibi magis hac pſeuerantia:quã meſaniis perditio nutriretur:ſelectos in exercitu eos:qui poſt iuſiurãduꝫ in ſupplementum militiæ uenerant: Spartam remittunt: quibus ꝓmiſcuos omnium fœminarum concubitus permiſere: infami ſatis nec tamen utili licentia. Ipſi aũt propoſito inſiſtentes expugnant fraudeque Meſanios uictos ſeruitio premũt. At illi cruentã diu dominationem ĩter ubera & uincula ꝑpeſſi iugũ excutiũt. arma ſumũt. bellũ ĩſtaurãt. Lacedæmonii Tyrteũ poetã Athenienſem ducẽ prælio legũ: qui trib⁹ conflictib⁹ fuſi amiſſum exercitũ: uocata ĩ libeetatẽ ſeruoꝝ manu: ſuppleuerũt. Sed: cũ ſic quoque deſiſtendũ certamine ꝓpter metũ ꝑiculi arbitrarentur: Tyrtei poetæ & ducis cõpoſito carmine: & ꝓ contiõe recitato: rurſus accenſi mox in certamen ruũt. Tantaque ui aĩoꝝ concurſum ẽ: ut raro unquã cruentius præliũ exarſerit. At poſtremũ tamen uictoria Lacedæmonioꝝ fuit. Tertio Meſanii reparauer̃ certamẽ. nec Lacedæmoniis mora ĩ auxiliũ copias multas utrinque duxerũt. Athenienſes uero Lacedæmonios alibi intentos e diuerſo aggredi parãt. nec Lacedæmonii quieuere. Nã ipſi in Meſanios occupati Peloponnenſes ĩmiſerũt: q Athenienſes bello excipent. Athenienſes aũt miſſa ĩ Aegyptum ꝑua claſſe ĩpares uiribus nauali congreſſu facile uincũt̃. Dehĩc recepta claſſe aucti etiã militũ robore uictores in præliũ uocant. Lacedæmonii quoqꝫ omiſſis Meſaniis in Athenienſes arma cõuertũt. Diu graues & uariæ pugnæ & anceps uictoriæ ſtatus. quare ad poſtremum pendẽte euentu utrinque diſceſſũ ẽ. Sciendũ tamen eſt: ipſam eẽ Spartã: quã Lacedæmoniã ciuitatẽ dicũt: atque ĩde Lacedæmonios Spartanos dici. Igit̃ ĩde reuocati Lacedæmonii ad Meſanioꝝ bellũ: ne mediũ tempus ocioſũ Athenienſib⁹ relinquerent: cũ Tebanis paciſcũtur: ut Boetioꝝ ĩperiũ eis reſtituerent: quod tẽporibus belli Perſici amiſerãt ſi illi Athenienſiũ bella ſuſciperent. Tant⁹ furor Spartanorũ erat: ut duobus bellis ĩpliciti ſuſcipere terminũ non recuſarẽt: dũmodo ĩimicis ſuis hoſtes acquirerent. Athenienſes tanta belloꝝ tẽpeſtate permoti duos dies deligũt. Periclẽ ſpectatæ uirtutis uirũ & Sophoclem ſcriptorẽ tragœdiaꝝ: qui diuiſo exercitu & Spartanoꝝ fines populati ſũt & multas Aſiæ ciuitates Athenienſium imperio adiecerunt. Hic porro per annos. l. incerta ſemper uictoria terra mariqꝫ pugnatuꝫ ẽ: donec

Spartani & opibus ĩminutis:& fide profligata ſociis quoque ꝓbro fu
ere. Sed hæc per tot ætatũ uolumina incubuiſſe Græciæ paruipẽditur
Nũc aũt interpellari interdũ uoluptates & ĩpediri parũq; libidines nõ
ſuſtinetur. q̃q̃ inter illius tẽporis homines atque iſtius hoc ĩtereſt. qđ
illi æquo animo hæc intoleranda tolerabant: quia ĩ his nati uel enutri-
ti erant: & meliora non nouerant. Iſti autem perpetuo in uita ſua tran
quillitatũ & deliciaꝝ ſereno aſſuefacti: ad omne uel modicu; obductæ
ſollicitudinis nubilum commouentur. Atque utinam ipſum depulſo
rem huius uel modicæ inquietudinis precarentur: cuius munere hanc
ignoratam aliis temporibus iugitatem pacis habuerunt. Et: quoniam
ſpopondiſſe me memini: cum ueluti articulis quibuſdam dicendi ordi
nem definirem: dicturum me eſſe ab orbe condito uſque ad urbem cõ-
ditam: huic uolumini: quod ab orbe condito explicuimus: finis hic ſit
ut ab urbe condita ſequens libellus incipiat: qui contextiora illorũ tẽ-
porum mala exercitationibus quippe ad nequiciam atque eruditiori-
bus hominibus continebit.

PAVLI OROSII HISTORIAVM SECVNDI LIBRI INITIVM.

Eminem iam eſſe hominum arbitror: quem lateř poſſit: quod hominem in hoc mundo deus fecerit unde etiã peccante homine mundus arguitur. ac propter noſtram intemperantiã comprimendam terra hæc: in qua uiuimus: defectu cæteroꝝ aĩaliũ & ſterilitatem ſuoꝝ fructuũ caſtigatur. Itaque ſi creatura dei merito: & diſpẽſatio dei ſumus: quis magis diligit eam: quam ille: qui fecit? Quis autem ordinatius regit: q̃ is: qui & fecit & diligit? Quis uero ſapientius & fortius ordinare & re-gere facta poteſt: quam: qui & facienda prouidit. & prouiſa perfecit? Quapropter omnem poteſtatem a deo eſſe: omnemque ordinationem & qui non legunt ſentiunt: & qui legunt cognoſcunt. Quodſi poteſta tes a deo ſunt: quanto magis regna: a quibus reliquæ poteſtates ꝓgre-diuntur? ſi aũt regna diuerſa: quanto æquius regnũ aliquod maximũ cui reliquoꝝ regnoru; poteſtas uniuerſa ſubiicitur? Quale a pricipio Babylonicũ. & deinde Macedonicũ fuit. poſt etiã Aphricanum: atque

in fine Romanum: quod uſque ad nūc manet: eademque ineffabili or
dinatione per quattuor mundi cardines .iiii. regno℞ principatus fuere
diſtinctis gradibus eminentes: ut Babylonicum regnū ab oriente. a me
ridie Carthaginenſe. a ſeptentrione Macedonicum. ab occidēte Roma
nū: quo℞ inter primū & nouiſſimū: id eſt inter Babylonicum & Roma
num: quaſi inter patrem ſenem ac filium paruum Aphricanum & Ma
cedonicum breuia & media: quaſi tutor curatorque uenerūt: poteſta
te temporis non iure hæreditatis admiſſa: Quod utrum ita ſit: apertiſ
ſime expedire curabo.

De Nino rege Aſſyrio℞ occiſo.

Ex primus apud Aſſyrios: qui eminere cæteris potuit: Ninus
fuit. Occiſo Nino Semiramis uxor eius tertius Aſiæ regia Ba
byloniam urbem inſtaurauit. caputque regni Aſſyrii: ut eēt:
inſtituit. Regnū Aſſyrio℞ diu inconcuſſa potentia ſtetit. ſed cum Ar
bactus: quem alii Arbacem uocant præfectus Medo℞: idemque natōe
Medus Sardanapulum regem ſuum apud Babyloniam interfeciſſet:
regni nomen & ſummam ad Medos tranſtulit. Ita Nini & Babylōis re
gnū eo anno in Medos deriuatum eſt quo anno apud Latinos Procas
Amulii & Numitoris pater: auus aūt Rheæ Siluiæ: quæ mater Romu
li fuit regnare cœpit. Vt autem omnia hæc ineffabilibus myſteriis & ꝓ
fundiſſimis dei iudiciis diſpoſita non aut humanis uiribus aut īcertis
caſibus accidiſſe ꝑdoceam: omnes hiſtoriæ antiquæ a Nino incipiunt.
oēs hiſtoriæ Romanæ a Proca exoriūtur. Deinde a primo ā̄no imperii
Nini uſque quo Babylon a Semiramide inſtaurari cœpta eſt: interue
niūt anni .lx.iiii. Et a primo anno Procæ cū regnare cœpit uſq; ad con
ditionem urbis factam a Romulo: interſuut ā̄ni æque .lx.iiii. Ita regnā
te Proca futuræ Romæ ſementis iacta eſt. etſi nondū germen apparet.
Eodem anno ipſi⁹ Procæ regni Babylonis regnū defecit: etſi adhuc ba
bylon ipſa conſiſtit. Diſcedente aūt Arbacto in Medos partē regni pe
nes ſe retinuere Chaldei: qui Babyloniā ſibi aduerſum Medos uēdica
uerūt. Ita Babyloniæ poteſtas apud Medos. ꝓprietas apud Chaldæos
fuit. Chaldæi aūt ꝓpter antiquam regiæ urbis dignitatem non illā ſuā
ſed ſe illius uocari maluerūt. Vnde factum eſt: ut Nabuchodonoſor
cæterique poſt eū uſque ad Cyrum reges q̄uis Chaldæo℞ uiribus po
tentes. & Babyloniæ nomine clari legātur: in numero tamen & ordine
regum non habeantur illuſtriū.

Quando Babylon illa cecidit. & Roma ſurrexit.

Abylon itaque eo āno ſub Arbacto præfecto dehonorata eſt: quo Roma ſub Proca rege: ut ꝓprie dixerim ſeminata eſt. Babylon nouiſſime eo tēpore a Cyro rege ſubuerſa: quo primū Roma a Tarquiniorꝫ regū dominatione liberata eſt. Siquidē ſub una eadēque conuenientia temporꝫ illa cecidit: iſta ſurrexit. Illa tūc primū alienigenarꝫ ꝑpeſſa dominatū: hæc tunc primū etiam ſuorꝫ aſpnata faſtidium: Illa tunc quaſi moriens dimiſit hæreditatem. hæc uero pubeſcens tunc ſe agnouit hæredē. Tunc orientis occidit imperiū. & ortum eſt occidentis. Et ne diutius uerbis morer: cōmitto me dentibus inſanientiū: ſed ueritatis præſidio liberandū. Regnauit Ninus annis. lii. Medio imperii ſui tempore Babyloniam caput regni condidit.

De Babylone & Roma.

Tem Babylon poſt annos. M.c.lxiiii. quam cōdita erat a Medis & Arbacto rege eorꝫ: præfecto autem ſuo ſpoliata opibus & regno. atque ipſo rege priuata eſt. ipſa tamen poſt aliquandiu manſit incolumis. Similiter & Roma poſt annos totidē. hoc eſt. M c.lxiiii. a Gotis & ab Alarico rege eorum: comite autem ſuo irrupta: & opibus ſpoliata: non regno: manet adhuc: & regnat incolumis: quāuis intantum arcanis ſtatutis in utranque urbem conuenientiæ totius ordo ſeruatus ſit: ut & ibi præfectus eius Attabus regnu3 īuaſerit: & hic huius præfectus Attalus regnare tentauerit: tam&ſi apud hanc ſolam merito chriſtiani imperatoris Honorii attētatio prophana uacuata ſit Itaque hæc ob hoc præcipue commemoranda credidi: ut tanto arcano ineffabilium iudiciorum dei ex parte patefacto intelligant hi: q inſipienter utique de temporibus chriſtianis murmurant: unū deū diſpoſuiſſe tēpora: & in principio Babyloniis & in fine Romanis. Illius clementiæ eſſe: quod uiuimus. quod autem miſeræ uiuim⁹ intpantiæ noſtræ. Ecce. ſimilis Babyloniæ ortus. & Romæ ſimilis potētia. ſimilis magnitudo. ſimilia tēpora. ſimilia bona. ſimilia mala. tametſi nō ſimilis exit⁹ ſimiliſue defectus. Illa enim regnū amiſit. hæc retinet. Illa īterfectiōe regis orbata. hæc īcolumi īpatore ſecura ē. Et hoc quare? quoniā ibi ī rege libidinū punita turpitudo. hic xpīanæ religiōis cōtinētiſſima æqtas in rege ſuata ē. Ibi abſq3 religionis reuerētia auiditatē uoluptatis licētia furoris īpleuit. hic & xpīani fuerunt: qui pcerent: & ꝓpter quorum

memoriã.& ĩ quoꝝ memoria parceref. Quapropter deſinãt religionẽ lacerare:& laceſſere patientiam dei propter quam habent quod habẽt & utinam hoc quoque impunitũ habeant:ſi aliquando deſiſtant. Recolant ſane mecũ maioꝝ ſuoꝝ tempora bellis inquietiſſima: ſcelerib⁹ execrabilia:diſſentionibus fœda:miſeriis continuatiſſima:quæ & merito poſſunt horrere:qui affuere:& neceſſario debent rogare:ne ſint. euꝫ ſane rogare ſolũ deũ:qui & tunc occulta iuſticia permiſit ut fierent.& nũc apta miſericordia præſtat:ut non ſint:quæ modo a me plenius ab ipſo urbis exordio ꝓuolutis per ordinẽ hiſtoricis ꝓferentur.

Vrbs Roma in Italia condita.

Nno igitur poſt euerſionẽ Troiæ circiter:ccc.xxxv.Olympiace aũt ſexta: quæ quinto demũ anno quatuor in medio expleris apud Elidẽ Græciæ ciuitatẽ agone & ludis exercere ſolet: urbs Roma in Italia a Remo & Romulo geminis auctorib⁹ condita ẽ: cuius regnũ continuo Romulus parricidio imbuit. parique ſucceſſu crudelitatis ſine more raptas ſabinas ĩprobis nuptiis confœderatas maritoꝝ & parentũ cruore dotauit. Itaqꝫ Romulus ĩterfecto primũ auo Numitore:dehinc Remo fratre arripuit imperiũ.urbẽque conſtituit Regnum aui.muros fratris.templũ ſoceri ſanguine dedicauit.ſceleratoꝝ manu ꝓmiſcua impunitate collegit. Primus illi campus ad bellũ forum urbis fuit.miſta ſimul externa ciuiliaque bella nũquã defutura ſignificans. Sabinoꝝ:quos fœdere ludiſque pellexerat:fœminas taꝫ inhoneſte præſumpſit:quam nefarie defendit. Ducem eoꝝ Titum Tatiũ ſenem:honeſtis pietatis cauſis inſiſtentẽ:diu armis ꝓpulſatũ mox ut in ſocietatẽ regni aſſumpſit:occidit. Cum Veientibus prælium adhuc paruo nomine magnis uiribus agitatũ ẽ. Ceninenſiũ captũ ac dirutũ oppidũ.aſſumptis ſemel armis nunq̃ qes fuit:quippe qb⁹ egeſtas turpis atque obſcœna fames domi timeref:ſi unquã paci acqeuiſſent. Iam hĩc inceſſabilia certamina:& iuxta quãtitatẽ uiriũ ſemper grauia q̃ breuiſſime ſtrinxero: Tullum Hoſtilium militaris rei inſtitutorẽ fiducia bene exercitatæ iuuentutis Albanis intuliſſe bellũ:& diu altrĩſecus ſpe incerta certaqꝫ clade tandẽ peſſimos exit⁹ & dubios euẽt⁹ cõpẽdioſa tergeminoꝝ cõgreſſione fuiſſe. Rurſus pace dirupta Metiũ Suffetiũ Fidẽnate bello meditata etiã ꝓditõe ſuſpẽſũ:currib⁹ ĩ diuerſa raptantib⁹ duplicis animi noxã pœna diuiſi corporis expẽdiſſe. Latinos Anco Martio duce ſæpe congreſſos:aliquando ſuperatos. Tarquiniũ

Priſcũ omnes finitimos & potentes tũc.xii. Thuſciæ populos inume-
ris cõcidiſſe cõflictib⁹. Veientes Seruo Tulio iſiſtente uictos fuiſſe nec
domitos: Tarquinii Sup̄bi regnum occiſo ſocero ſcelere aſſũptum: ha
bita ĩ ciues crudelitate detentũ flagitio adulteratæ Lucreſiæ amiſſum
& int⁹ domeſtica uicia uirtuteſque forinſec⁹ emicantes ideſt opida uali
da in Latio per eum capta Ardeam Ocri colũ Sinueſſam Pometiamq3
& quicquid in Gabios uel fraude ꝓpria uel pœna filii uel Romanis ui
rib⁹ ꝑpetrauit Sed Romani quanta mala per.cc xl.&.iiii annos cõtinua
illa regum domĩatiõe ꝑtulerit nõ ſolũ uni⁹ regis expulſio uerũetiam
abiuratio regii nõis & poteſtatis oſtẽdit. Nam ſi unius tantum ſup̄bia
fuiſſet in culpa ipſum ſolu3 oportuiſſet expelli ſeruata regia dignitate
Melioribus igitur regibus urbe propulſis Romani conſulendum ſibi.
quam cuiquam ſuæ libertati dominandum rati cõſules creauerunt q-
bus ueluti adulta rei publicæ creſcentis ætas robuſtioribus auſis exer-
cebatur.

Nno poſt urbem cõditam.cc. xliiii Brutus primus apud Ro-
manos conſul primum conditorem regemque Romæ non ſo
lum exæquare parricidio ſed & uicere ſtuduit. Quippe duos
filios adoleſcẽtes totidemque uxoris ſuæ fratres Vitellios iuuenes re
uocandoꝝ in urbe regum placitos iſimulatos in concionem protraxit
uirgis cecidit ſecurique ꝑcuſſit. Ipſe deinde Veientum Tarquinienſi
umq3 bello cum Arunte Sup̄bi filio cõgreſſu ſibi cõmortuoque ꝓcu
buit. Porſenna rex Hetruſcoꝝ grauiſſim⁹ regii nominis ſuffragator.
Tarquinienſium manum ĩgerẽs trib⁹ cõtinuis annis trepidam urbem
terruit. cõcluſit. obſedit & niſi hoſtem uel mutuis cõſtanti urendæ ma
nus patiẽtia uel uirgo Chlœlia admirabili tranſmeati flumĩs audacia
ꝑmouiſſet: profecto Romani cõpulſi fuiſſent perpeti aut captiuitate3
hoſte iſiſtẽte ſup̄ati aut ſ̄uitutẽ r̃cepto rege ſubiecti. Poſt hæc Scabini
corraſis ũdiq3 copiis magno apparatu belli romani cõtendũt: quo me
tu cõſternati romani dictatorẽ creant cui⁹ auctoritas & potentia cõſulẽ
præiret quæ res in illo tunc bello plurimũ emolumenti tulit. Seqt̃ diſ-
ceſſio plebis a patribus cum Marco Valeriano dictatore delectum mi
litum agente uariis populis ſtimulat⁹ ĩiuriis ſacꝝ montẽ inſedit arma
tus: qua pernicie quid atrocius: cũ corpus a capite deſectum perditio-
nem eius: per quod ſpirabat: meditaretur: actumque de Romano noĩe
inteſtina pernicie foret: niſi maturata reconciliatio ſubrepſiſſet prius:
quã ſe diſceſſio ipſa cognoſceret. urget. n. ſe atq3 ĩminet ſibi extra illas

apertas bellorum clades ſucceſſu miſero clādeſtina pnicies. Quippe Tito Geſſonio & Publio Numitio conſulibus duo uel maxīa oīuʒ malorū abominamenta fames & peſtilētia feſſam urbē corripuere. Ceſſatū eſt paulisp a præliis. ceſſatū tamen a mortibus nō ē. Veientes & Hetruſci graues hoſtes adiūctis ſibi finitimorum copiis in bella ſurgentes obuiis Marco Fabio & Gneo Manlio conſulibꝰ excipiūtur: ubi poſt ſacr̄m iurationis: quo ſe Romani deuouerant: nō niſi poſt uictoriā ad caſtra redituros: adeo atrox certamen fuit: ut uictis uictoribuſque par forma eſſet. & amiſſo plurimo exercitu: occiſiſqʒ in pugna Manlio cōſule & Fabio conſulari Marcus Fabius conſul oblatū ſibi a ſenatu triūphuʒ ſuſcipere recuſaret: qa tantis rei publicæ detrimētis luctus potiꝰ debebaſ. Glorioſiſſima illa numero & uiribus Fabiorum familia Veientanū ſortita certamen quantā rei publicæ orbitatē occaſu ſuo intulerit: īfamibus uſque nūc uocabulis teſtes ſunt fluuius: q pdidit: & porta quæ emiſit. Nam cū ſex & .ccc. Fabii uere clariſſima Romani ſtatus lumīa ſpeciale ſibi aduerſum Veiētes decerni bellū expetiuiſſent: ſpem temere ſumptæ expeditōis primis ſucceſſibꝰ firmauerūt. Dehinc inducti in inſidias: circūuentique ab hoſtibꝰ oēs ibidē trucidati ſunt: uno tantuʒ ad enunciandā cladē reſeruato: ut miſerius audiret patria pditos: quā pdidiſſet. Ad hæc non Romæ tantū talia gerebanſ. ſed quæque puītia ſuis ignibꝰ æſtuabāt. & : quod poeta præcipuꝰ ī una urbe deſcripſit: ego de toto orbe deſcripſerim. Crudelis ubique luctus. ubique pauor. & plurima mortis imago.

De regno Perſarum & Cyro rege.

Gitur eodē tempore Cyrus rex Perſarum: quē ſuperiꝰ explicandæ hiſtoriæ cauſa cōmemorraueram: q tūc Aſiam: Scythiā: totūque orientem armis puagabaſ: cū Tarquinius Supbus urbē: uel rex: uel hoſtis aut ſeruitio premebat: aut bello: Cyrꝰ: ut dixi: cūctis aduerſum quos ierat: perdomitis: Aſſyrios & Babylonia petit gentem. urbēque tunc cūctis opulentiorē. ſed impetū eius Ganges fluuiꝰ ſecundæ poſt Euphratem magnitudinis ītercepit. Nā cū unū regiorum equorum candore formaque præcipuū cū eqte tranſmeandi fiducia perſuaſo: qua per rapacē alueū offenſi uada uorticis attollebanſ: abreptū præcipitatūqʒ merſiſſet: rex iratus ulciſci in amnem ſtatuit: conteſtās: eū: qui tam præclarum equū equitemqʒ uoraſſet: fœminis uix genua tangentibus a ſe permeabilem relinquendū. Nec in peragendo ſegnior totis copiis perpete anno Gangē fluuiū per magnas conciſū deductūqʒ

foſſas in.cccc.&.lx.alueos cōminuit. Eo ope ꝑdoctis foſſoribus etiam Euphraten longe ualidiſſimū & mediā Babyloniā interfluētē deriuauit. Ac ſic meabilibus uadis ſiccū: etiam patentibus aluei partibꝰ iter fecit. cepitque urbē: quam uel opere hūano extrui potuiſſe: uel humana uirtute deſtrui poſſe utrunque pene incredibile apud mortales erat. Nāque Babyloniam a Nembroth gygante fundatā: a Nino uel Semiramide reparatā multi ꝓdidere. Hæc campi planicie ūdique cōſpicua: natura loci lætiſſima: caſtroꝝ facie mœnibus paribꝰ ꝑ quadꝝ diſpoſita muroꝝ eius uix credibili relatu firmitas & magnitudo. ideſt latitudo cubitoꝝ. l. altitudo quater tanta. Cæteꝝ ambitꝰ eius. cccc. lxxx. ſtadiis circūuenit. Murus coctili latere atque interfuſo bitumine compactus foſſa extrinſecus late patens uice amnis circūfluit. A fronte muroꝝ. c portæ æreæ. Ipſa aūt latitudo in conſūmatione pinnaꝝ: utroque latere habitaculis defenſoꝝ æque diſpoſitis media intercapedine actas quadrigas capit: domꝰ intrinſecꝰ quater geminæ habitatiōes minaci ꝓceritate mirabiles. Et tamē magna illa Babylon prima poſt repationē hūani generis condita: nūc pene etiā minima mora uicta: capta: ac ſubuerſa ē. Ibi tūc Crœſus rex Lydoꝝ famoſus opibus: cū ad auxiliādū Babylonii s ueniſſet: uictus ſolicituſque ī regnū refugit. Cyrus aūt poſtea q̄ Babyloniā ut hoſtis īuaſit: ut uictor euertit: ut rex diſpoſuit: bellū trāſtulit in Lydiam: ubi conterritū ſuperiore iam prælio exercitū nullo negocio ſuꝑauit. Ipſū etiam Crœſum cepit: captūque uita & patrimonio donauit. Exaggerare hoc loco mutabiliū reꝝ inſtabiles ſtatus nō opus ē. qcquid enī ē opere & manu factū labi & conſumi uetuſtate Babylon capta confirmat: cuiꝰ ut primū īperiū ac potentiſſimū extitit ita primū ceſſit & ueluti quodā iure ſuccedētis ætatis debita poſteris traderet̄ hæreditas: ipſis quoq3 eandē tradēdi formulā ſeruaturis: ita ad ꝓxima aduentantis Cyri tentamēta ſuccubuit magna Babylon: & ī gens Lydia. ampliſſima orientis cū capite ſuo brachia uniꝰ prælii expectione ceciderūt. & noſtri in circūſpecta anxietate cauſant̄: ſi potentiſſimæ illæ quondam Romanæ rei publicæ moles nunc magis ībecillitate ꝓpriæ ſenectutis: quam alienis concuſſæ uiribus contremiſcūt.

Cyrus Scythis bellū intulit. & a Tomyri regina quæ tūc eis præerat: uictus. & occiſus eſt.

Gitur Cyrus ꝓximi tp̄is ſucceſſu Scythis bellū intulit: quē Tomyris regina: quæ tūc gēti præerat cū ꝓhibere tranſitum

araxis fluminis poſſet:tranſire pmiſit primũ ꝓpter fiducia3 ſui:dehĩc ꝓpter opportunitatẽ ex obiectu flumĩs hoſtis incluſi. Cyrꝰ itaq3 Scythiam ingreſſus ꝓcul a tranſmiſſo flumine eaſtra metatus. inſup aſtu eadẽ inſtructa uino epuliſque deſeruit:quaſi territus refugiſſet. Hoc cõperto regina tertiã ptẽ copiaꝝ & filiũ adoleſcentulũ ad pſequendu3 Cyrũ mittit. Barbari ueluti ad epulas ĩuitati primũ ebrietate uincũt. mox reuertente Cyro uniuerſi cũ adoleſcẽte obtrũcant. Tomyris exercitu ac filio amiſſo uel matris:uel reginæ dolorẽ ſanguine hoſtiũ diluere ꝓmptius:q̃ ſuis lachrymis parat. Simulat diffidentiã deſpatiõe cladis illatæ. paulatimq3 cedendo Superbũ hoſtẽ in inſidias uocat. Ibi quippe cõpoſitis ĩter montes inſidiis. cc. M. Perſaꝝ cum ipſo rege deleuit:adiecta ſup oĩa illius rei admiratione:quod nec nũcius quidem tãtæ cladis ſupfuit. Regina caput Cyri amputari:atq3 ĩ utrem humano ſanguine oppletũ coniici iubet:nõ mulіebriter increpitans. ſatia te ſanguine:quẽ ſitiſti:cuiꝰ per annos. xxx. inſatiabilis pſeueraſti.

Darius poſt aliquantum tẽporis: occiſo Cyro rege regnũ ſuſcepit

Nno ab urbe condita. cc. xl. qnto Darius Cyro apud Scythas interfecto poſt aliquantulũ ĩteruallũ ſorte regnũ adeptus ẽ. Regnauit. n. medius eoꝝ Cãbyſes Cyri filiꝰ:q deuicta Aegypto cũnctam Aegypti religionẽ abominatus cæremonias & tẽpla eius depoſuit. Poſt hunc etiam magi duo ſub noĩe quẽ occiderant:regis regno obrepe auſi:q quidẽ mox deprehenſi & oppreſſi ſunt: Dariꝰ itaq3 unus ex his q magoꝝ audaciam ferro coercuerant: cõſenſu oĩum rex creatus ẽ:q poſtq̃ Aſſyrios ac Babyloniam Perſaꝝ regno deficiẽte bello recupauit: Attyro rege Scythaꝝ hac uel maxime cã bellum intulit: quod filiæ eius petitas ſibi nuptias non obtinuiſſet. Magna ſcilicet neceſſitas ꝑ unius libidine hoĩs. dvii. M. uiroꝝ piculo mortis exponi. Incredibili quippe apparatu cũ. dvii. M. armatoꝝ Scythiam ĩgreſſus:nõ facientibus hoſtibus iuſtæ pugnæ poteſtatẽ:inſup repentinis ĩcurſibꝰ extrema copiaꝝ dilacerantibus:metuens ne ſibi reditus ĩterrupto põte Iſtri flumĩs negaret:amiſſis. lxxx. M: bellatoꝝ trepidꝰ refugit:quãuis hũc amiſſoꝝ numeꝝ inter dãna nõ duxerit & quẽ habendũ uix qſquã ãbire auſus eẽt:pditũ ille nõ ſenſit. Inde Aſiã Macedoniamq3 aggreſſus pdomuit. Ionas quoq3 nauali congreſſiõe ſuperauit. Deĩde ĩ Athenienſes:quod Ionas aduerſũ ſe auxilio iuuiſſent:ĩpetũ fecit. atq3 arma direxit: Porro Athenienſes ubi aduentare Dariũ cõpererunt: quanuis

auxiliũ a Lacedæmoniis popoſciſſent:tamẽ cũ detineri Perſas quatri duanæ religionis ocio compertum haberent:ſpem occaſione ſumentes inſtructis tantum.x.M.armatoꝝ ciuiũ:& Platæenſibus auxiliarib⁹.M. aduerſum.dc.milia hoſtiũ cãpis Marathoniis ꝓruperũt.Melciades ei tũc bello præfuit:qui celeritate magis q̃ uirtute fret⁹ alacri ſatis expe ditione prius hoſti cõminus inhæſit:q̃ poſſet expedito ſagittarũ iactu ꝓpulſari.Tanta in eo bello diuerſitas certandi fuit:ut ex alia parte ui ri ad occidendũ parati:ex alia pecudes ad moriendum præparatæ puta rentur.cc.Perſaꝝ apud cãpos Marathonios ea tẽpeſtate ceciderũt.Sen ſit Darius hoc damnũ.Nam uictus fugatuſque arreptis nauibus refu git in Perſas.Cũ aũt inſtauraret bellũ:& ulciſci in uictores moliret: in ipſo apparatu concidit olympiade ſeptuageſima quarta: hoc eſt poſt urbem conditam anno.cc.lxx.quinto:quo tẽpore Romæ Popilia uir go ob crimen ſtupri uiua defoſſa eſt.Xerxes Dario patri ĩ regno ſucce dens bellum aduerſus Græciã a patre ſuſceptũ:per qnquenniũ inſtru xit:quod Demaratus Lacedæmoniis:qui tunc forte apud Xerxen exu labat per tabellas primũ ſcriptas:deinde cæratas ſuis ꝓdidit.

Xerxes Dario in regnũ patris ſucceſſit.

Gitur Xerxes.dcc.M.armatoꝝ de regno.&.ccc:M.de auxiliis roſtratas & iam naues.M.cc.onerarias autẽ tria.M. numero habuiſſe narratur.ut merito inopinato exercitui ĩmenſæque claſſi uix ad potum flumĩa:uix ad ingreſſum terras:uix maria ad cur ſum ſuffeciſſe memoratuꝫ ſit.Huic tam incredibili tẽporibus noſtris agmini:cui⁹ numeꝝ nũc difficilius ẽ aſtrui:q̃ tũc fuit uinci. Leonides rex Spartanoꝝ cũ.iiii.M.hominũ in anguſtiis thermopylaꝝ obſtitit. Xerxes aũt contẽptu paucitatis obiectæ iniri pugnam.conſeri manum imperat.Porro illi:quoꝝ cognati & cõmanipulares in cãpis Maratho niis occubuerant & certaminis ſimul & cladis extitere principiũ.Deĩde ſuccedens ſibi turba maior ac ſegnior:cũ iam neque ad ꝓcurrenduꝫ li bera:neqꝫ ad pugnandũ expedita:neque ad fugiendum prompta ſolis mortibus ſubiaceret:triduo continuo nõ duoꝝ pugna:ſed cædes uni⁹ populi fuit.Quarto aũt die cũ uideret Leonides undiqne hoſtem cir cũfundi:hortat auxiliares ſocios:ut ſubtrahentes ſe pugnæ ĩ cacumẽ montis euadãt:ac ſe ad meliora tpa reſeruẽt.Sibi uero cũ Spartanis ſu is aliam ſortẽ eẽ ſubeũdã.plus ſe patriæ debere q̃ uitæ.Dimiſſis ſociis Spartanos admonet de gloria plurimũ:de uita nihil ſperanduꝫ neque

expectandũ uel hoſtẽ uel diẽ:ſed occaſione noctis ꝓrũpenda caſtra cõ miſcenda arma:conturbãda agmina eſſe:Nuſq̃ uictores honeſti⁹: quã in caſtris hoſtiũ eſſe ꝑituros. Perſuaſi igiť mori mallæ in ultionẽ futuræ mortis armanť:tanq̃ ipſi interitũ ſuũ & exigerent & uindicarẽt. Mirũ dictu ſecenti uiri caſtra.dc.M.irrũpunt:tumultus caſtris totis oriť Perſæ quoque ipſi Spartanos adiuuãt mutuis cædibus ſuis. Spartani quærẽtes regẽ:nec īuenientes cædũt:ſternũtque oīa caſtra: peruagãtur uniuerſa.& inter denſas ſtrues corpoꝝ raros hoīes uix ſequuntur. Victores ſine dubio nõ eſſent:niſi mori elegiſſent.Prælium a principio noctis in maiorẽ ꝑtem diei tractũ.ad poſtremũ uicẽdo fatigati: ubi qſq; eoꝝ deficientib⁹ mẽbris uiſus ẽ ſibi mortis ſuæ ultiõe ſatiatus: ibi īter īpedimẽta cadaueꝝ campũque craſſũ & ſemigelatũ ſanguine palpitando lapſus & mortuus ẽ.Xerxes bis uictus in terra nauale præliũ parat Sed Themiſtocles dux Athenienſiũ cũ intellexiſſet Ionas: qbus dum auxiliũ ſuꝑiori bello præbet: in ſe Perſarũ īpetũ uerterat in auxilium Xerxis inſtructã claſſem deducere:ſollicitare eos ꝑti ſuæ hoſtique ſubtrahere ſtatuit.Et quia colloquẽdi facultas negabať:locis: ad quæ Iones acceſſuri nauib⁹ uidebãtur:ꝓponi ſymbola:ſaxiſque affigi iubet. ſocios quondã & ꝑticipes periculoꝝ:nũc aũt iniuſte agentes apta īcrepatione corripiẽs:atq; ad antiquoꝝ iura fœdeꝝ religioſa adhortatiõe ꝑſuadens:præcipueque admonẽs:uti cõmiſſo prælio cædentiũ uice inhibeant remos.ſeſeq; bello auferãt.Igiť rex partẽ nauiu; ſibi detinens ſpectator pugnæ in litore manet.Contra aũt Artemidora regina Halicarnaſi:quæ in auxiliũ Xerxi uenerat:inter duces primos acerrime bello īmiſceť.ita:ut uerſa uice in uiro fœminea cautela:in fœmina uirilis audacia ſpectareť.Cũ aũt ãceps pugna eẽt:Iones iuxta præceptũ Themiſtoclis paulatī ſe certamini ſubtrahere cœperũt:quoꝝ defectio Perſas iã fugã circũſpicientes apte fugere ꝑſuaſit:in qua trepidatiõe multæ naues captæ merſæq; ſũt.Plures tamen ſæuitiam regis:uelut īmanitatẽ hoſtis timentes domũ dilabuntur.Anxium tot malis regem Mardonius aggreditur ſuadens regẽ in regnũ redire oportere prius quam aduerſa fama nouas res domi moliretur.Se autem ſi reſiduæ ſibi copiæ traderentur & ultionem ab hoſte exactuꝝ & ignominiã domeſticã propulſatuꝝ aut ſi aduerſa belli perſeueraſſent ceſſuꝝ ſe quidẽ hoſti ſed tamẽ ſine regis infamia ꝓbato cõſilio exercitus Mardonio tradiť. Rex Abydũ ubi pontẽ ueluti uictor maris cõſeruerat cum paucis ꝓficiſciť Sed cũ pontem hybernis tempeſtatib⁹ diſſolutũ offendiſſet piſcatoria ſcapha trepidus tranſiit Erat ſane quod ſpectare humanum genus &

dolere debuerat mutationes rerũ hac uel maxime uarietate permetiens exiguo cõtentũ latere nauigio ſub quo ipſũ pelag⁹ ante latuiſſet & iugum captiuitatis ſuæ uinctũ põte portaſſet uiliſſimo uni⁹ ſeruuli egere miniſterio cuius potẽtiæ dũ mõtes excidũtur ualles replẽtur amnes exhauriũt ipſa & rerꝫ natura ceſſiſſet pedeſtres quoq; copiæ quæ ducibus cõmiſſæ fuerant labore fame ac metu tabuerũt. & crudeſcente morbo tanta peſtis tantaque fœditas moriẽtiũ exorta eſt ut uiæ cadaueribꝰ replerent. diræ etiam alites improbæ beſtiæ eſcarũ illecebris ſollicitatæ moribũdum ſequerentur exercitũ. At uero Mardoniꝰ cui reliqua belli Xerxes commiſcerat afflatus primũ ſucceſſu breui mox in extrema deiectꝰ ẽ. Olynthũ ſiquidem Græciæ oppidũ expugnauit. Athenienſes uaria ſollicitatione adducere in ſpem pacis aggreſſus ẽ ubi ĩexpugnabilem eorũ libertatem uidet incenſa urbis parte in omnẽ Boetiam belli apparatũ deducit. Illic quoque eũ. c. M Græcorũ inſecuta ſunt & commiſſo ſine mora prælio Mardoniũ deletis copiis ipſius uelut e naufragio nudũ cũ paucis fugere cõpulerũt caſtra regiis opibus referta ceperũt nõ paruo q̃dem antiquæ induſtriæ damno. Nam poſt iſtius prædæ diuiſionem aurũ Perſicũ prima uirtutis Gratiæ corruptio fuit. Vrget igit inceptꝰ miſeros extrema ꝑditio. Nam forte eodẽ die quo in Boetiam Mardonii copiæ delatæ ſũt pars Perſici exercitꝰ ĩ Aſia ſub mœnibꝰ Mychales nauali prælio dimicabat. Ibi nouus repente rumor utriuſq; claſſis & populi impleuit aures Mardonii extinctas copias Græcos extitiſſe uictores. Mira diuini iudicii ordinatio In Boetia oriẽte ſole bellũ fuiſſe cõmiſſũ In Aſia meridianis horis ſub eadem die tantis ſpatiis maris terræque interiacentibꝰ nuntiatum cui rumori uel maximæ rei aſtipulatũ ẽ quod Perſas audita clades ſociorꝫ primũ dolore dehĩc deſpatiõe correptos nec bello expeditos nec fugæ habiles reddidit. Atque ita conſternatos ꝓfligatoſque conſtantior factꝰ hoſtis ſucceſſu felicitatis inuaſit.

Xerxes rex a ſuis occiſus eſt.

Erxes bello in Grætia infeliciter geſto cõtẽptibilis ſuis factus ꝑ Arthapanũ præfectum ſuum in regia circumuẽtus occidit O tempora deſiderio & recordatione digniſſima. O dies illos inoffenſæ ſerenitatis qui nobis ueluti e tenebris reſpiciendi proponunt quibꝰ breuiſſimo interuallo de uiſceribus unius regni decies nouies cẽtena milia uirorꝫ: tribus proximis regibus tria bella rapuerunt ut taceam de infeliciſſima tunc Græcia quæ totum hũc de quo nũc hebeſcimꝰ

numerꝝ moriendo ſupauit. Leonides ille clariſſimus dux Lacedemonioꝝ in bello iſto aduerſus Xerxem quod ſupremũ ipſi atque hoſtibꝰ fuit: cũ ſecentis famoſiſſima illa incitamenta dixiſſet: prandete: tanquã apud inferos cœnaturi: auxiliaribꝰ tamen: quos excedere bello iubebat miſericorditer ſuaſit: ut ſe ad meliora tpa reſeruarent. Ecce cũ ille promiſerit futura meliora: iſtique aſſerant meliora præterita: qd aliud colligi datur: utroque in ſuis deteſtante præſentia: niſi aut ſp bona eẽ ſed ingrata: aut nunq̃ oĩo futura meliora? At Romæ: ut ad id tempꝰ redeã: inde digreſſus ſũ. neque enĩ interuallo miſeriaꝝ ad alios tranſire compellor: ſed ſicut ſe quondã efferueſcentia mala ubique ipſis actibꝰ colligarunt: ita etiã ꝑmiſta referũtur. nobis quippe conferre inter ſe tẽpora urbis: non cuiuſquam partis eius laboribus inſultare ꝓpoſitũ eſt.

Quod grauis peſtilentia Romam inuaſit.

Omæ ergo poſt urbẽ conditã ãno. cc. ſexageſimo ſuſpẽſo ad modicũ bello grauis peſtilentia: quæ ſp ibi raras inducias aut factas intercepit: aut ut fierent coegit: p uniuerſam ciuitatem uiolenter incanduit: ut merito præcedente ꝓdigio cœlũ ardere uiſũ ſit quando caput gentiũ tanto morboꝝ igne flagrauit. Nã eo anno Ebutium & Seruiliũ ambos conſules peſtilẽtia cõſũpſit. militares copias plurima ex pte cõfecit. multos nobiles præcipueque plebem fœda tabe deleuit: q̃uis iã ſupiori etiam quarto anno oborta lues eundẽ populũ depopulata ſit.

Poſt peſtilentiã multa & grauia bella ſuſtinuerũt Romani.

Roximo dehinc ãno ciues exules ſeruique fugitiui duce Herdonio uiro Sabino inuaſerunt: incenderũtq; capitolium: ubi fortiſſime quidẽ Valerio conſule & ĩperatore obſtitere iuniores. ſed adeo atrox & graue diſcrimẽ prælii fuit: ut ipſe quoque conſul Valerius ibi fuerit occiſus: & indignã de ſeruis uictoriã inſup etiã ſua morte fœdauerit. Seqtur annꝰ in quo cõiũcto exercitu cõſul obſeſſus ẽ. Nã Minutiũ conſulẽ congreſſũ prælio Equi Volſcique ſuparunt. & fugientẽ in Algidũ fame: ferroq; cinxerũt. actumque ĩfeliciter foret ni Quintius Cĩcinnatus: præcipuus ille dictator artam obſidionẽ oppreſſo hoſte ſoluiſſet: q reptus ruri ab aratro accerſitꝰ ad ĩperii faſces ſumpto honore: inſtructoque exercitu: mox uictor effectus iugũ boũ equis ĩpoſuit. uictoriamque quaſi ſtiuã tenens ſubiugatos hoſtes p ſe

egit primus. Anno:q ab urbe cōdita ꝓximus trecēteſimo fuit: dū lega
ti ad Athenienſes ꝓpter Solonis leges deferendas miſſi expectantur:ar
ma Romana fames peſtilentiaq; cōpeſcuit. Ipſo aūt trecenteſimo anno
hoc eſt olympiade nonageſimaq̄nta poteſtas conſulū decēuiris tradi
ta conſtituendaꝝ legū Atticaꝝ gratia magnam rei publicæ perniciem ī
uexit. Nam primus ex decēuiris: cedentibus cæteris ſolus Appiꝰ Clau/
dius ſibi cōtinuauit īperiū. ſtatimque alioꝝ coniuratio ſubſecuta ē: ut
more contēpto: quo inſigne imperii penes unu;: poteſtas aūt cōis erat:
oēs oīa ꝓpriis libidinibus agitabant. Itaque inter cætera: quæ inſolētiſ
ſime cūcti præſumebant: repente ſinguli cū duodenis faſcibꝰ cæteriſq;
īperii inſignibus ꝓceſſerūt. & nouo īprobæ ordinationis incepto able/
gata religione conſulū emicuit agmen tyrannoꝝ duabus tabulis legū
ad decē priores additis. augenteſque inſolentiſſimo faſtu plurima die:
quo deponere magiſtratū mos erat: cū iiſdē inſignibus ꝓceſſerūt. Ma/
xima Appii Claudii libido auxit inuidia;: qui ut Virginiæ uirgini ſtu
prū inferret: prius ſeruitutis cauſam intulit. Quam ob rē adactus Vir
ginius pater dolore libertatis & pudore dedecoris ꝓtractam ad ſeruitu
tem filiam in cōſpectu populi pius parricida ꝓſtrauit: qua populus ne
ceſſitate atrocitatis ꝑmotus: & ꝑiculo libertatis admonitus montē Auē
tinū occupauit armatus. Nec tueri armis libertate; deſtitit: niſi poſtq̄
ſe cōiuratoꝝ conſpiratio ipſis quoque honoribus abdicauit. Tertia &
quinta poſt centeſimam olympiade per totū fere annū tam crebri tāq; crebri terremotus
etiam graues in Italia terræ motus fuerūt: ut de īnumeris quaſſationi/
bus ac ruinis uillaꝝ oppidorūque aſſiduis Roma intus fatigaret. Deī/
de ita iugis & torrida ſiccitas fuit: ut præſentis tūc futuriq; anni ſpem
gingnēdis terræ fructibus abnegarit. His deniq; tēporibus cū Fidenna
tes hoſtes maximoꝝ auxilioꝝ manu ſtipante terribiles Romanis arci/
bus īminerent: Aemilius tertio dictator magnam mali molē ipſis Fidē
nis uix captis depulit. & ſanauit. tanta in ipſis erat maloꝝ animoꝝ con/
tentio: ut uel domeſticæ clades ſuperfuſa forinſecus bella oblitterarent
uel poſt damna belloꝝ īducias relaxatas diuerſæ peſtes cœlo terraque
excandeſcentes inceſſabili infeſtatione corrūperent.

Quod Sicilia ſemper fuit nutrix tyrannoꝝ.

Icilia ab īitio patria Cyclopum: & poſt eos ſemper nutrix ty
rannoꝝ fuit. Sæpe etiam captiua ſeruoꝝ: quoꝝ primi carnibꝰ
hoīum inediæ cruciatibus. poſtremi mortibus paſcebantur:

excepto eo:quod externis bellis aut præda habebat:aut præmiuꝫ. Hæc
ut q̃ breuiſſime abſoluam:requiem maloꝝ:niſi nunc neſcit. imo ut eui
dentius diuerſitates tempoꝝ declaret:ſicut antea uel ĩteſtinos uel ex
ternos tumultus perpeſſa eſt inter oẽs ſola ſemper:ita nũc ex oĩbus ſo
la nunquam patitur. Nam etiam ut ſileam de diuturnitate uel illiꝰ ca-
lamitatis:qua preſſa ẽ:uel iſtius ecõtrario qua fruit pacis. Aetna ipſa:
quæ tũc cũ excidio urbiũ atque agroꝝ crebris eruptionibus æſtuabat
nũc tantũ innoxia ſpecie ad præteritoꝝ fideꝫ fumat. Igit ut prætermit
tam interim de tyrannis:quoꝝ mox qui fuit ultor ſucceſſor effectus ẽ
medio tpe:hoc eſt anno ab urbe condita.ccc.xxxv.cum Rhegyni apud
Siciliam diſcordia laborarent:ciuitaſque per diſſenſionẽ diuiſa ĩ duas
partes eẽt:ps una ueteranos ab Himera urbe Siciliæ ĩ auxiliũ uocauit.
Porro illi pulſis ciuitate primũ his:contra quos ĩplorabantur. deinde
mox cæſis etiam illis:qbus ad auxiliandũ conuenerant urbẽ cũ coniu-
gibus & liberis ſocioꝝ occupauere:auſi facinus nulli tyranno cõparan
dũ:quippe cũ Rhegynis quicquid uis perpeti ſatius fuerit:quã ut ul-
tro ĩuitarent:quibus patriã cõiuges liberos ac penates ipſi extorres ad
prædã relinquerent. At etiã Catinenſes:cũ Syracuſanos graues ĩfeſtoſ
que paterent:ab Athenienſibus auxilia popoſcerũt. Sꝫ Atheniẽſes ſuo
magis q̃ ſocioꝝ ſtudio inſtructã claſſem in Siciliam miſere:cũ & ſibi ꝓ
pagare molirent imperiũ.& Syracuſanam claſſem nuꝑ inſtructaꝫ La-
cedæmoniis ꝓficere uererent. Et quoniã Athenienſes:q miſſi erant: cæ
ſis hoſtibus ꝓſpera initia ſumpſerant:maiores copias robuſtioreſque
exercitũ cũ Lachete & Chariade ducibus in ſiciliam reduxerunt. Sed
Catinenſes belli tedio ꝑmoti cũ ſyracuſanis fœdus ĩcũt.auxilia Athe
nienſiũ ſpnunt. Poſt aũt ſyracuſanis conditões pacis meditatiõe domi
nationis tranſgredientibꝰ denuo legatos Athenas mittũt:q capillo bar
baque ſqualidi:& lugubribus pānis induti miſericordiã atqꝫ auxiliuꝫ
& ſermone & habitu precarent. Igitur magna claſſis inſtruit ducibꝰ Ni
cia & Lamacho:tantiſque uiribꝰ ſicilia repetit:ut ſuffragia ſua & hi ti
merent q ĩpetrauiſſent. Athenienſes duas ilico pedeſtres pugnas ſecun
dis ſucceſſibus faciũt:confertoſque in urbe hoſtes. & obiecta claſſe cir
cũdatos terra mariqꝫ cõcludunt. At ſyracuſani fractis feſſiſqꝫ rebꝰ au
xiliũ a Lacedæmoniis petũt:a qbꝰ mox mittit Gilippꝰ ſolꝰ qdẽ.ſꝫ ĩ quo
oĩuꝫ præſidioꝝ inſtar præferebat qui ueniens ut audiuit inclinatũ iam
belli ſtatũ:auxiliis partim in Græcia:partim in ſicilia contractis:oppor
tuna bello loca occupauit. Deinde duobus præliis uictꝰ: nec territꝰ ter
tio congreſſu Lamachũ occidit.hoſtes in fugã uertit.ſocios obſidione

liberauit. Hinc Athenienſes terreſtri prælio uicti expimenta maris ieũt & nauali certamine parant cõgredi: quo cognito Gilipp⁹ claſſem iſtru ctam a Lacedæmoniis accerſit. æque Athenienſes in locuʒ amiſſi ducis Demoſthenẽ & Eurymedontẽ cũ ſupplemento copiaꝝ mittunt. Pelo põnenſi quoqʒ cũ multaꝝ urbiũ cõſenſu & decreto ĩgẽtia ſyracuſanis auxilia miſere. Ita ſub ſpecie ſocialis belli domeſticos mot⁹ exequnt. & quaſi de Græcia tranſlatũ certamẽ in ſiciliã fuerit: ſic ex utraqʒ pte ſũ mis uirib⁹ dimicat. Igit Athenienſes prima congreſſiõe uincuntur: ca ſtra quoqʒ cũ oĩ pecunia uel publica uel priuata: & cũ uniuerſo iſtru ctu diuturnæ expeditõis amittunt. Fractis opib⁹ & in anguſtũ redactis ſuadet Demoſthenes: dũ non dũ oĩo res perditæ ſunt: quãtũlibet uide antur afflictæ: domũ redeant. ſiciliaqʒ decedant. Nicias aũt pudore ma le geſtaꝝ reꝝ ab initio deſpatior redditus manere cõtendit. Reparãt na uale certamẽ & mox p inſcitiã ir anguſtias Syracuſani maris deducti ĩ ſidiis hoſtiũ circũueniũtur. Eurylochus dux prim⁹ occidit. xi. naues ĩ cendũtur. Demoſthenes & Nicias claſſem dimittũt: quaſi tuti⁹ terrena expeditione fugituri. Gilippus aũt primũ naues eoꝝ relictas. c. xxx. in uadit. Dehinc ipſos fugientes pſequi aggreſſus capit: cæditque q̃pluri mos. Demoſthenes dedecus ſeruitutis uoluntaria morte declinat. Ni cias uero indignã turpemque uitam dedecore captiuitatis accumulat. Igitur Athenienſes biẽnio apud Siciliam non ſine Lacedæmonioꝝ dã no conflictati aliis domi malis circũueniunt. Alcibiades enim dux pri dem aduerſus Syracuſas ꝓnũciatus mox ad iudiciũ ꝑ quadã inſimu latione detentus uolũtario exilio Lacedæmoniã ſe contulit. impulitqʒ ſpartanos: ut turbatis Athenienſibus nouo rurſũ bello inſiſterẽt. neqʒ eis reſpirãdi ſpatiũ: qn opprimerent relaxarent. cui incepto ita Græcia omnis aſtipulata eſt quaſi ad cõmune incendiũ reſtringendũ bono pu blico congeſtis uiribus conſuleretur. Darius etiam rex Perſaꝝ memor paterni auitique in hanc urbẽ odii p Thiſſaphernẽ præfectum Lydiæ cum Lacedæmoniis fœdus paciſcit. eiſque ſumptus belli & copias pol licet. Miꝝ dictu Athenienſiũ tantas ea tẽpeſtate opes fuiſſe: ut cuʒ ad uerſus eos: hoc eſt aduerſus unã urbem Græciæ Aſiæ totiuſqʒ oriẽtis uirib⁹ incurſũ ſit: pugnando ſæpe nec unquaʒ cedẽdo conſũpti magis uideant fuiſſe q̃ uicti. Prĩcipio enĩ Alcibiades omnes ſocios deficere ab his ad Lacedæmonios coegit. ſed & ab his quoque per inuidiam inſidi as appetitus aufugit. & ad Thiſſaphernẽ ĩ Mediam conceſſit: cui ſtatĩ accõmodato ĩgenio & apti eloqĩ grã familiarior fact⁹ perſuadet: ne La cedæmonios tã ꝓfuſis opibus adiuuaret. iubet: eũ poti⁹ iſtius certamis

arbitrꝫ ſpectatorēque fieri debere.integraſque Lydiæ uires aduerſum uictorē reſeruādas.Quā ob rē Thiſſaphernes partē claſſis cū aliquanta manu deduci La cedæmonē iubet:ne uel abūdātes ſuffragiis alieno tuti ꝑiculo dimicarēt:uel ī totū deſtituti:ſuſceptū certamē omitterēt.

Diſcordia Athenienſiū.& bella grauia.

Pud Athenienſes uero cū diu domeſtica diſcordia agitaret᷑: iminente ꝑiculo ſūma imperii ad ſenatū populi uolūtate trāſfertur.Quippe odio diſcordiæ nutriunt᷑.At:ubi neceſſitas incūbuit:poſtpoſitis priuatis cauſis atque odiis in cōe conſulit᷑. Sed hoc ipſū cū ꝓpter inſitam genti ſuperbiā & tyrannicas libidines ꝑnicioſum foret:tandem Alcibiades exul ab exercitu reuocat᷑.& dux claſſis conſtituitur.Quo comperto principes primo Spartanis urbem ꝓdere moliti ſunt.deiude cū id fruſtra cogitaſſent:in exiliū ſponte ceſſerunt.Igitur Alcibiades patria liberata claſſem in hoſtes dirigit.Cōmiſſo prælio uictoriā Athenienſes capeſſunt.Porro aūt maior pars Spartani exercit⁹ cæſa.duces quoque pene oēs interfecti &.lxxx.naues captæ abſque his quæ in conflictu incenſæ demerſæque perierunt.Rurſū bellū in terraꝫ tranſlatū Spartanis æque infeliciter ceſſit:quibus rebus fracti Lacedæmonii petiere pacē:nec tamen īpetrare potuerūt.Præterea Syracuſana præſidia in Siciliā audita Carthaginenſis belli infeſtatiōe reuocata ſūt Quā ob rem Alcibiades claſſe uictrici totam Aſiā ꝑuagatur. bellis īcēdiis cædibus rapit.ſternitque omnia. Vrbes:quæ dudum a ſocietate defecerant:capit.recipitque q̄plurimas.Sic Alcibiades magni noīs factus Athenas cum admiratione & gaudio oīum uictor īgredit᷑.Paruo poſt īteruallo auget uires.exercitū claſſemque numero ꝓuehit. rurſumqꝫ Aſiam petit.Lacedæmonii uero Lyſandrꝫ ducem claſſi belloque præficiunt:Cyrus autem frater Darii in locum Thiſſaphernis Ioniæ Lidiæque præpoſitus magnis eos opibus auxiliiſque confirmat. Lyſander itaque Alcibiadis exercitum prædæ intentum ac per hoc ubiqꝫ diſpſū ac uagū repentino incurſu opprimit. ſine conflictu aliquos uincit. cæditque fugiētes.Magna hæc clades Athenienſib⁹. & multo atroci⁹ uulnus:q̄ dudū inflixerant:ſuſceperūt. quo cōperto Athenienſes opinati ſunt Alcibiadē antiquū exilii ſui dolorē iſto ſcelere ꝓditiōis uindicare curaſſe:ideoqꝫ in locū ei⁹ Cononē conſtituūt: cui reſiduā manū & ſūmam belli cōmittunt:qui ſupplere ſalteꝫ numero exhauſtas copias uolēs ſenes & pueros legit.exercitūqꝫ cōſcripſit.Sed hui⁹mōi man⁹ morā

bello nõ attulit:quippe quod robore:nõ numero confici ſolet. Itaque
ſtatĩ imbellis manꝰ uel capta uel cœſa ē.tantaque ſtrages occiſorũ illo
prælio facta ē:ut deletũ non ſolũ regnũ.ſed etiã nomen Athenienſiuꝫ
uideret̃. At illi deſꝑatis rebus ſtatuũt urbem ꝑegrinis dare:ut q ꝑ totã
Aſiam paulo ante dominati ſũt:nunc ex hac colluuie muros ſaltem li
bertatẽque teneant̃.& q̃uis uel ſuo iudicio ad hæc tuenda etiã obiectis
muris nõ ſufficiant:iterꝝ tamen exꝑiri nauale præliũ parant. Exꝑs con
ſilii furor dolorẽ uirtutẽ putat.quãtũque meditat̃ ira: tantũ ꝓmittit
audacia. Itaque oĩbus partĩ captis:partim ĩterfectis de ipſis quoqꝫ reli
quiis nihil reliq̃ factũ ē. Solus dux Conon ſuꝑſtes bello & populo:ti
mens ciuiũ crudelitatẽ ad Cyrũ regẽ conceſſit. Euagoras aũt dux La
cedæmonioꝝ adeptis oĩbus ciuitatibus nihil Athenienſibus præter ĩa
nem urbẽ reliq̃t.nec hoc diu.nam & ipſam urbẽ poſtea obſidiõe circũ
dedit. Angebat intrinſecus fames:deſolatio & morbos obſeſſos. Et cuꝫ
poſt oĩa miſeriaꝝ abominamenta:quæ etiã dicere horroris ē:nihil ſpei
præteritæ preter mortẽ occurreret:pacẽ petiuere. Magna hic ĩter Spar
tanos & ſocios fuit deliberatio & cũ plurimi inq̃tiſſimã ciuitatẽ ſter
nendã ſolo:populũque infeſtiſſimũ cũ ipſo noĩe abolẽdã ꝓnunciarẽt
Spartani negauerũt ſe ꝑmiſſuros:niſi ut e duobus Græciæ oculis unꝰ
erueretur.inſuꝑ etiam pacẽ ꝓmiſerũt:ſi Pyræi portus ducentia ĩ urbẽ
munimina uerterent̃.naueſque reliquas ultro traderent. Hinc cõditi-
oni addictis & ſuccũbentibus Lacedæmonii Lyſandꝝ ad cõponendas
in urbe parendi leges conſtituerũt. Inſignis hic annus & expugnatione
Athenaꝝ.& morte Darii Perſaꝝ regis.& exilio Dionyſii Siciliæ tyran-
ni fuit. Igit̃.xxx.rectores Athenienſibus ordinati.xxx.tyrãni exoriũt̃: 30 tyranni
qui primo ſe tribus.M.ſatellitũ ſtipant.mox etiam.dcc. milites uicto-
ris exercitus lateribus ſuis circũponũt.cædẽ oĩum paſſim futuraꝝ:oc
ciſo Alcibiade auſpicant̃:q fugiens in itinere clauſus cubiculo uiuꝰ in
cenſus ē:quo ĩterfecto ultore quaſi ſublato ſecuri miſeras urbis reliq-
as cædibꝰ rapiniſqꝫ exhauriũt. Theramenẽ quoqꝫ unũ ex nũero ſuo:
cui hæc diſplicere ſenſert:in exẽplũqꝫ reliquoꝝ trucidãt. Itaqꝫ oẽs paſ
ſim ex urbe diffugiunt:ſed ĩterdictu Lacedæmonioꝝ:cuꝫ ꝑ totaꝫ Græ
ciam exulibus negaret̃ hoſpitiuꝫ:oẽs ſe ad Argos ac Thebas cõtulert:
ubi ita hoſpitalitatis obſeq̃o forti ſunt:ut nõ ſoluꝫ dolorẽ amiſſæ pr̃iæ
lenirent:ueꝝ etiã ſpem recuꝑandæ meditarent̃. Erat inter exules Thra thraſybulus
ſybulus uir ſtrenuꝰ:& generis nobilitate ĩter ſuos clarꝰ:q auctor audẽ
ſuam:cum per annos.cc.ubique agros ſuos ſanguine ſuo rigabat: ĩpor tunũque hoſtem ultro hoſtiatim inquietantẽ nec repellerẽ poterat nec ſuſtinere:cum ſe quique diuerſis urbibus ac locis fracti cæde bellorum: ob ſidionũ fame exinaniti:interfectis cõiugibus: ac liberis ſuis ob remedia miſeriarum cõcurſu miſero ac mutua cæde iugulabant. Quid tũc de ſuis tẽporibus ſentiebat: ipſa poſtremo dicat Italia: cur per annos.cccc. Romanis utique ſuis contradixit.obſtitit.repugnauit:ſi eorum felicitas ſua ĩ felicitas non erat:Romanoſque fieri rerum dominos bonis communib' nõ obſtabat.Non requiro de ĩnumeris diuerſarum gentiũ populis diu antea liberis tũc bello uictis:patria abductis:precio uenditis:ſeruitute diſperſis:quid tunc ſibi maluerint:quid de Romanis opinati ſint: qd de tẽporibus iudicarint.Omitto de regibus magnarum opũ:magnarum uiriuꝫ: magnæ gloriæ diu potentiſſimis:aliquando captis:ſeruiliter catenatis:ſub iugum miſſis:ante currũ actis:in carcere trucidatis:quorum tam ſtultum eſt exquirere ſententiam:quam durum non dolere miſeriam. Nos: nos inquam ipſos uitæque noſtræ electionem:cui acquiemus conſolamur Maiores noſtri bella geſſerunt.bellis fatigati pacem petẽtes tributa obtulerũt·Tributum precium pacis ẽ.Nos tributa pendimus:ne bella patiamur.ac per hoc in portũ ad quem illi tandem ꝓ euadendis malorum tempeſtatibus confugerunt.nos conſiſtim'.& manemus.Igitur nr̃a tp̃a uiderimus:utrum felicia.certe feliciora illis ducimus.quam : quod illi ultimo delegerũt:nos continue poſſidemus.Inquietudo.n. bellorum qua illi attriti ſũt:nobis ignota eſt.ĩ ocio aũt:quod illi poſt ĩperiũ Cæſaris natiuitatẽque chriſti tenuiter guſtauerũt:nos naſcimur.& ſeneſcim'. qđ illis erat debita penſio ſeruitutis:nobis eſt libera collatio defenſiõis.Tãtumque ĩtereſt inter præterita præſentiaque tp̃a:ut quod Roma ĩ uſũ luxuriæ ſuæ ferro extorquebat a uoſtris:nunc in uſum cõis rei publicæ conferat ipſa nobiſcũ. Aut ſi ab aliquo dicitur:tolerabiliores parentib' noſtris romanos hoſtes fuiſſe:quã nobis Gotos eſſe audiat & intelligat quanto aliter:quam circa ſe ipſum agitur:ſibi eſſe uideatur.Olim cum bella toto orbe feruebant:quæque ꝓuincia ſuis regibus:ſuis legibus:ſuiſque moribus utebatur:nec erat ſocietas affectionuꝫ:ubi diſſidebat diuerſitas poteſtatũ.Poſtremo ſolutas & barbaras gentes qs tandeꝫ ad ſocietatem adduceret:quas diuerſis ſacrorum ritibus inſtitutas etiã religio ſepabat? Si quis igitur tunc acerbitate malorum uictus patriam cuꝫ hoſte deſeruit:quem tandẽ ignotum locum ignotus adiit? quam gentẽ generaliter hoſtẽ hoſtis orauit? cui ſe congreſſu primo credidit: non ſocietate nominis ĩuitatus:non cõmuniõe iuris adductus: nõ religiõis unitate

ſecurus? An paꝝ exēpli dederūt Buſiris in Aegypto peregrinoꝝ infeli/ citer incurrentiū impiiſſimus īmolator? crudeliſſimaque circa aduenas Dianæ Tauricæ litatura. ſed magis crudelia ſacra Thraciæ cū Polyne ſtore ſuo uſque ad ꝓpinquos hoſpites ſcelerata. &:ne antiquitatibꝰ ui deat īmorari: teſtis eſt Roma de Pompeio interfecto. teſtis ē Aegyptus de interfecto Ptolemæo. Mihi aūt prima qualeſcūq; motus ꝑturbatōe fugienti: de cōfugiendi ſtatōe ſecuro ubique patria: ubiq; lex & religio mea eſt. nūc me Aphrica tā libenter excepit: quā cōfidenter acceſſi. Nūc me inquā iſta Aphrica pace ſimplici excepit ſinu ꝓprio iure cōi. de qua aliquando dictū & uere dictū ē. hoſpitio ꝓhibemur harenæ. bella cient. primaq; uetant cōſiſtere terra. Nūc ultro ad ſuſcipiēdos ſocios religio nis & pacis ſuæ beniuolū late gremium pādit: atq; ultro feſſos: quos fo ueat: īuitat.

Per fidē christianam ubique ſecuꝝ eſſe pegrinū.

Atitudo orientis: ſeptentrionis copioſitas: meridiana diffuſio magnaruȝ inſulaꝝ largiſſimæ tutiſſimæque ſedes mei iuris & noīs ſunt. quia ad christianos & Romanos Romanꝰ & xpianꝰ accedo. Nō timeo deos hoſpitis mei. nō timeo religionem eiꝰ nece mea. non habeo talem: quem ꝑtimeſcam locū: ubi & poſſeſſori liceat ꝑpetrarē quod uelit: & pegrino non liceat adhibere: quod cōuenit ubi ſit ius hoſ pitis: quod meū non ſit. Vnus deus: q tpibus: quibus ipſe īnoteſcere uo luit: hanc regni ſtatuit unitatē: ab oībus & diligiē & timetur. Eædem le ges quæ uni deo ſubiectæ ſūt: ubiq; dominanē. ubicūque ignotꝰ acceſſe ro: repentinam uim: tanq̄ deſtitutꝰ nō pertimeſco. Inter Romanos ut di xi: Romanus: inter christianos christianus: inter hoīes homo legibꝰ im ploro rem publicā: religione conſcientiā: cōmunione naturam. utor tem porarie oī terra quaſi patria: qa: quæ uera ē. & illa quam amo: patria: in terra penitus nō ē. Nihil perdidi: ubi nihil amaui: totumque habeo: qđ do. Quem diligo: mecum eſt. maxime: quia & apud oēs idē eſt: q me nō modo notū oībus ueꝝ & ꝓximū facit: nec egentem deſerit: qa ipſius eſt terra & plenitudo eius: ex qua oībus oīa iuſſit eſſe cōia. Hæc ſūt nr̄oruȝ tempoꝝ bona: quæ in totū uel in tranqllitate præſentiū: uel in ſpe futu roꝝ uel in præfugio cōi non habuere maiores. ac per hoc inceſſabilia bel la geſſerūt: qa mutandaꝝ ſediū coīone non libera pſiſtendo in ſedibꝰ ſu is aut infeliciter necati ſunt: aut turpiter ſeruierē. Quod clarius prom/ tiuſque ipſis ueteꝝ geſtis p ordinē explicatis aperieē. Anno ab urbe cō dita ſecenteſimo ſexto: hoc eſt eodem anno: quo & Carthago deleta eſt

Gneo Cornelio Lentulo & Lucio Mũmio conſulibus ruinã Carthagi nis euerſio Corĩthi ſubſecuta ẽ:quaꝝ potẽtiſſimaꝝ urbiũ paruo uni⁹ temporis interuallo per diuerſas mũdi partes miſerabile colluxit incen diũ. Nam cũ Metellus prætor Acheos Boetioſque duobus bellis hoc ẽ primo apud thermopylas:iteꝝ in Phoceis deuiciſſet quoꝝ priore bello occiſa eſſe.xx.M.ſecũdo.vii.M.cæſa Claudi⁹ hiſtoricus refert. Valeri⁹ Antias in Achaia pugnatũ eſſe.&.xx.M.Acheorũ cũ duce ſuo Dieuo cecidiſſe cõfirmat. Polybius uero Achiuus q̃uis tunc in Apbrica cũ Sci pione fuerit:tamẽ qa domeſticam cladem ignorare non potuit:ſemel in Achaia pugnatũ Critolao duce eſſerit. Dieuũ uero adducẽtẽ ex Arca dia milites ab eodẽ Metello prætore oppreſſum cũ exercitu docet. S3 de uarietate diſcordantiũ hiſtoricoꝝ aliquanta iam diximus: quorũ ſuffi ciat detecta hæc & male nota mendacioꝝ nota. quare paꝝ credendũ eſſe in cæteris euidenter oſtendũt:qui in his quoque quæ ipſi uiderunt di uerſi ſunt. Igitur poſt extincta totius Achaiæ præſidia:deſtitutatũ ur biũ euerſionẽ metello prætore meditãte cõſul Mũmius repentinus cũ paucis uenit in caſtra:q dimiſſo ſtatim metello Corinthũ ſine mora ex pugnauit:urbẽ toto tunc orbe longe oĩum opulentiſſimã:quippe quæ uelut officina oĩum artificũ atque artificioꝝ & emporiũ cõe Aſiæ atq3 Europæ per multa retro ſæcula fuit. Permiſſa crudeliter etia3 captiuis prædandi licentia ſic oĩa cædibus ignibuſq3 cõpleta ſũt: ut de muroru3 ãbitu quaſi e camĩo in unũ apicẽ coartatũ exũdaret incẽdiũ. Itaq3 plu rima parte populi ferro flãmiſque conſũpta reliqua ſub corona uendi ta ẽ. Vrbe incenſa muri fũditus diruti ſũt. Muralis lapis in puluerẽ re dactus. præda ingens erepta ẽ. Sane cũ ꝓpter multitudinẽ & uarietate3 ſtatuaꝝ ſimulachrorũque in illo ciuitatis incẽdio permiſta in unũ au ri argenti atque æris oĩa ſimul metalla fluxiſſent:nouũ gen⁹ metalli fa ctũ eſt: Vnde uſque in hodiernũ diẽ ſiue ex ipſo ſiue ex imitatiõe ei⁹ æs Corinthium:ſicut memoriæ traditũ ẽ:& Corinthia uaſa dicuntur.

æs corinthium

Iteꝝ bella grauia ſurrexiſſe in Hiſpania.

Iſdem conſulibus Viriatus in Hiſpania genere Luſitanus: hõ paſtoralis & latro primũ infeſtando uias:deinde uaſtando ꝓui cias:poſtremo exercit⁹ prætoꝝ & conſulũ Romanoꝝ uicendo fugando:ſubiiciẽdo maxĩo terrori Romanis oĩbus fuit. Siqdẽ Iberꝝ & Tagũ maxima & diuerſoꝝ locoꝝ flumina late tranſgrediẽti & ꝑuagã ti Gaius Vecili⁹ prætor occurrit:cõtinuo cæſo uſq3 ad internitionẽ pene oĩ exercitu ſuo uix ipſe prætor cum paucis fuga lapſus euaſit. Deinde

Gaiũ Plautiũ prætorẽ idem Viriatus præliis multis fractum fugauit. Poſt & Claudi⁹ Vnimanus cũ magno apparatu belli inſtructi cõtra Viriatum miſſus quaſi ꝓ aboléda ſupiore macula: turpiorẽ auxit ipſe ĩfamiã. Nam cõgreſſus cũ Viriato uniuerſas quas ſecũ deduxerat copias: maximaſq; uires Romani exercit⁹ amiſit. Viriatus trabeas: faſces: cæteraque inſignia Romana in mõtib⁹ ſuis trophæa præfixit. Eodẽ tpe.ccc. Luſitani cũ.M.Romanis in quodã ſaltu contraxerẽ pugnã: in qua.lxx Luſitanos: Romanos aũt.ccc.xx.cecidiſſe Claudi⁹ refert. Et cum uictores Luſitani ſparſi ac ſecuri abirent: un⁹ ex his longe a cæteris ſegregatus cũ circũfuſis eqtibus pedes ipſe deprehenſus unius eoꝝ equo lancea pfoſſo ipſius eqtis ad unũ gladii ictũ caput deſecuiſſet: ita oẽs metu pculit: ut ꝓſpectantib⁹ cũctis ipſe cõtẽptim atq; ocioſus abſcederet. Appio Claudio Quinto: Cæcilioque Metello cõſulibus Appi⁹ Claudius aduerſus Salaſcos Gallos cõgreſſus & uictus.x.M.militũ pdidit. Repata pugna.v.M.hoſtiũ occidit. Sed cũ iuxta legẽ qua conſtitutũ erat.ut qſqs.v.M.hoſtiũ pemiſſet: triũphandi hẽret ptãtem: iſte quoq; cũ triumphũ expectaſſet: ꝓpter dãna uero ſupiora nõ ĩpetrauiſſet: infami ĩpudẽtia atq; ambitõe uſus: priuatĩ cũ trib⁹ triũphauit Lucio Cæcilio Metello & Fanio Maxĩo Seruiliano conſulibus inter cætera ꝓdigia Androgynus Romæ uiſus iuſſu haruſpicuꝫ ĩ mare merſus ẽ. ſed nihil ĩpie expiatõis ꝓcuratio ꝓfecit. Nã tanta ſubito peſtilẽtia exorta ẽ ut miniſtri quoq; faciẽdoꝝ funeꝝ primũ nõ ſufficerẽt. deinde nõ eſſent. itaq; magnæ domus uacuæ uiuis: plenæ mortuis remanſerunt. largiſſimæ ĩtrorſum hæreditates. & nulli penitus hæredes. Deinde iam non ſoluꝫ ĩ urbe uiuendi: ſed etiã appropinquãdi ad urbẽ negabat facultas. Tã ſæui p totã urbẽ tabeſcentiũ ſub tectis atq; in ſtratis ſuis cadauerũ putores exhalabant: Expiatio illa crudelis & uiã mortib⁹ hoĩuꝫ morte hoĩs inſtruẽs: tandẽ Romanis ĩter miſerias erubeſcentib⁹: quã miſera & uana cẽt ĩnotuit: Ante enĩ in ſuffragiũ præueniẽdæ cladis eſt habita: & ſic peſtilentia ſubſecuta ẽ: quæ tamen ſine ullis ſacrificioꝝ ſatiſfactionib⁹ tãtummodo ſm menſurã arcani iudicii expleta correptiõe ſedata eſt: quã ſi artifices illi circũuentionũ aruſpices ſub ipſa: ut aſſolent: declinatiõe morboꝝ forte celebraſſent: proculdubio ſubſidiis & ritib⁹ ſuis reductæ ſanitatis gloriam uẽdicaſſent. Ita miſera & ad ſacrilegia male religioſa ciuitas mendaciis: qbus liberari nõ poterat: eludebatur. Igitur Fabi⁹ cõſul contra Luſitanos & Viriatũ dimicans Bacciam oppiduꝫ: quod Viriat⁹ obſidebat: depulſis hoſtib⁹ liberauit: & in deditionem cũ plurimis aliis caſtellũ recepit. Fecit facin⁹ etiã ultimis barbaris Scythiæ: non dicã

ꝓdigiũ Androgynus

Romanæ fidei & moderatõi execrabile. Quingentis enĩ principib⁹ eorũ quos ſocietate mutatos deditiõis iure ſuſceperat:man⁹ præcidit. Põpei⁹ ſequẽtis anni cõſul fines Numantinorũ ingreſſus:accepta maxĩa clade diſceſſit:non ſolũ exercitu pene oĩ ꝓfligato:ueꝝ etiã plurimis nobiliuȝ qui eius militiæ aderant:interẽptis. Viriat⁹ aũt cũ per.xiiii.ãnos Romanos duces atqȝ exercit⁹ ꝓtriuiſſet:inſidiis ſuoꝝ interfectus ẽ:ĩ hoc ſolo romanis circa eũ fortiter agentibus:quod ꝑcuſſores ei⁹ ĩdignos præmio iudicarunt. At ego non mõ nũc. neqȝ etiã ſæpe intertexere orientis illa inextricabilia bella poteraȝ:quæ raro unq̃ niſi ſceleribus aut incipiũt:aut terminant. ſed romanoꝝ:cũ quibus nobis actio ẽ tanta ſũt ut iure faſtidiantur aliena. Mithridates tũc ſiquidem rex Parthoꝝ ſextus ab Arſace:uicto Demetrio præfecto Babyloniã urbẽ:fineſque ei⁹ uniuerſos uictor inuaſit:Oẽs præterea gentes:quæ inter Hydaſpẽ fluuiũ & Induȝ iacent:ſubegit. Ad Indiã quoqȝ cruentum extendẽs imperiũ Demetriũ ipſũ ſibi ſecũdo bello occurrentem & uicit. & cepit. quo capto Diodot⁹ quidam cũ Alexandro filio regnũ eius & regiũ nomen uſurpauit: qui poſtea ipſum Alexandꝝ filiũ:quem participẽ periculi in ꝑuadendo regno hũerat:ne in obtinendo conſortẽ haberet:occidit. Marco Aemilio Lepido & Gaio Hoſtilio Mancino conſulib⁹ ꝓdigia apparuere diuerſa. & quantũ in ipſis fuit ex more curata ſũt. ſed non ſꝑ aucupatoribus euentuum & ſtructoribus fallaciaꝝ haruſpicibus opportuni caſus ſuffragant. Nanque Mancin⁹ conſul poſtq̃ a Popilio apud Numantiaȝ ſuſcepit exercitũ:adeo prælia infeliciter cũcta geſſit. atque in id ſuprema deſperatiõe perductus ẽ:ut turpiſſimũ fœdus cũ Numantinis iiſdẽ facere cogeret:q̃uis & Põpeius iam aliud æque infame fœd⁹ cuȝ iiſdẽ Numantinis paulo ante pepigiſſet. Senat⁹ diſſoluit fœdus. & Mancinuȝ tradi præcepit Numantinis:qui nudato corpore:manibus poſt tergũ reuinctis ante portas Numantinoꝝ eſt expoſitus. Ibique uſque in noctẽ manens:a ſuis diſert⁹:ab hoſtibus aũt nõ ſuſceptus lachrimabile utriſque ſpectaculũ præbuit.

Quod falſa numina ſibi uſurparunt Romani.

Xclamare hoc loco dolor exigit:cur falſo uobis Romani magna illa numina iuſticiæ ac fidei fortitudis & miſericordiæ uẽdicatis? A Numãtinis hæc ueri⁹ diſcite. Fortitudine op⁹ fuit. pugnando uicerunt:Fides exigebatur:credentes aliis ſꝫm ſe: quos occidere potuerant:pacto fœdere dimiſerunt. Iuſticia probanda erat. ꝓbauit eaȝ uel tacitus ſenatus:cum iidẽ Numantini per legatos ſuos aut ĩuiolatã

pacem ſolã:aut oẽs quos pignore pacis accepto uiuos dimiſerant:repo-
ſcebant. Miſericordia examinanda uidebaẽ. ſatis documẽti dederũt uel
emittendo ad uita inimicũ exercitũ:uel ad pœnã nõ recipiẽdo Mãcinũ.
Mancinus ne rogo dedẽdus fuit:q uicti exercitus ĩpendentẽ trucidatio
nem prætentu boni pacti fœderis diſpulit?q periclitantes patriæ uires ĩ
meliora tpa reſeruauit? At ſi diſplicuit fœdus quod pactum eſt cur mi
les hoc pignore redẽptus:aut cũ reuerteretẽ receptus ẽ? aut cũ repeteretẽ
reddit⁹ nõ ẽ? At ſi placuit ſeruati militis qualiſcũque ꝓuiſio:cur Man
cinus q hoc pepigit:ſolus dedit⁹ fuit? Nu p Varro:ut ꝑpropera pugna ĩ
iretur:collegã Paulũ obluctantẽ ĩpulit. trepidantẽ præcipitauit exerci-
tũ. infelices copias apud infames illas Romanis cladibus Cannas nõ diſ
poſuit certamini. ſed oppoſuit morti plus q̃. xl. M. ibi militũ romanoꝝ
ſola ĩpatientia ſua:de qua ſibi uictoriã iam dudũ Hannibal præſume-
bat:amiſit. Collega etiã Paulo quo tandẽ uiro ꝑdito nouiſſime ĩ urbeꝫ
pene ſolus ĩpudentiſſime redire auſus meruit ĩpudentiæ ſuæ præmiuꝫ
N ĩ gratiæ ei: quod de re publica non deſpaſſet:quam tamẽ ipſe fecerat
deſpatã:publice in ſenatu actæ ſũt. Porro Mancin⁹ q ſorte bellica circũ
uentũ exercitũ ne ꝑderet:laborauit. ab eodẽ ſenatu deditiõe dãnatus eſt
Scio Romani & illud in Varrone diſplicuit. ſed tpi conceſſũ ẽ. & hoc in
Mancino placuit. ſed ſecundũ tẽpus præſũptũ ẽ. atqꝫ iõ ab initio pſeci
ſtis:ut nec ciuis cõſulat cõuenienter ingratis. nec hoſtis fideliter credat
infidis. Interea Brut⁹ in interiore Hiſpania. lx. M. Gallogræcoꝝ:q Luſi
tanis auxilio uenerãt:aſperrimo bello & difficili:quãuis incautos circũ
ueniſſet:oppreſſit:quoꝝ in eo prælio. l. M. occiſa. ſex. M. capta referunẽ
pauci fuga euaſerẽt. In citeriore Hiſpãia Lepid⁹ ꝓcõſul Vacceos ĩnoxiã
gentẽ & ſupplicẽ & ſenatu ꝓhibente ꝑtinaciter expugnare tẽtauit. Sed
mox accepta clade grauiſſima ĩprobæ ꝑtinaciæ pœnas luit. ſex. M. qppe
Romanoꝝ in hoc ĩiuſto bello iuſtiſſime cæſa ſũt reliq exuti caſtris: ar
mis etiã ꝑditis euaſerũt. Nec min⁹ turpis hæc ſub Metello clades:quaꝫ
ſub Mãcino fuit:quare nũc ſibi hæc tpa loco felicitatis aſcribãt nõ dico
Hiſpani tot pulſati fatigatiqꝫ bellis. ſed ipſi Romãi tã cõtinuis ſubacti
cladib⁹ totiẽſqꝫ ſuꝑati ut nõ exprobrẽ:quot prætores eoꝝ: quot legati:
quot cõſules:quot legiões:quantiqꝫ exercit⁹ conſũpti ſunt. Illud ſoluꝫ
reuoluo quãta fuerit timoris amẽtia. Miles roman⁹ hebetat⁹:ut iaꝫ nec
ad experimentũ qdẽ belli cohibere pedẽ:atqꝫ offirmarẽ aĩum poſſet. ſed
mox conſpecto Hiſpano ſpecialiter hoſtẽ diffugiens:uinci ſe pene pri⁹
crederet:q̃ uideri. Quo argumẽto patet apud utroſqꝫ miſera illa tpa iu
dicata:cũ & Hiſpani etſi uincere poterãt:ĩuiti tamẽ deſererent ocia ſua

dulcia & bella externa tolerarent. & Romani quanto impudeuti⁹ alienæ qeti ſeſe ingererent: tanto turpi⁹ uincerentur.

In urbe Roma pueꝝ natum nouum monſtrum. & in Sicilia monteꝫ Aetnã uaſtos ignes eructaſſe.

Eruio Fuluio Flacco & Quinto Galphurnio Piſone cõſulib⁹ Romæ puer ex ancilla nat⁹ eſt quadrupes: quadriman⁹: oculis iiii. aurib⁹ totidem: natura uirili duplex. In Sicilia mons Aetna uaſtos ignes eructauit. ac fudit: qui torrentũ modo ꝑpræcipites prona proxima quæque corripientib⁹ exuſſere flãmis. longinqora aũt fauillis calidis cũ uapore graui late uolitantibus torruerũt: quod Siciliæ ſp uernaculũ genus monſtri nõ portendere malum aſſolet. ſed inferre. In Bononienſi agro fruges in arboribus natæ ſunt. Igitur in ſicilia bellũ ciuile ortum eſt: quod adeo graue & atrox multitudine ſeruoꝝ tunc ad arma inſtructoꝝ copiaqꝫ & magnitudine uiriũ fuit: ut nõ dicaꝫ prætores Romanos: quos penit⁹ profligauit. ſed cõſules quoqꝫ terruerit. Nã. lxx M. ſeruoꝝ tũ in arma cõſpirantiuꝫ fuiſſe referuntur: excepta urbe Meſana: quæ ſeruos liberaliter habitos in pace cõtinuit. Cæteꝝ ſicilia ĩ hoc quoqꝫ miſerior eſt q̃a inſula: & nnnq̃ erga pactum ſuum iuris idonea: nunc tyrannis ſubiecta: nunc ſeruis: uel illis dominatu improbo exigentibus ſeruitutẽ: uel iſtis præſumptiõe ꝑuerſa cõmutantibus libertateꝫ: maxime q̃a clauſa undique mari egerere foras nõ facile põt inteſtinum malũ. Viperinã quippe conceptionẽ ꝑditionis ſuæ aluit: ſua libidĩe auctam ſua morte uictura. In hac aũt ſeruilis tumult⁹ excitatus quãto rarior cæteris: tanto truculẽtior eſt: q̃a intentiõe cõmouetur libera multitudo: ut patriam augeat: ſeruilis: ut perdat.

Scipio conſul creatus Numantiam deleuit.

Nno ab urbe cõdita. dc. xx. cum maior pene infamia de fœdere apud Numantiã facto: quam apud Caudinas quondaꝫ furculas pudorẽ Romanæ frontis oneraret: Scipio Aphrican⁹ cõſenſu oĩuꝫ ex tribuno cõſul creatus: atqꝫ ad expugnandaꝫ Numantiam cũ exercitu miſſus ẽ. Numantia aũt citerioris Hiſpaniæ haud ꝓcul a Vacceis & Cantabris. in capite Gallatiæ ſita: ultia Celtiberoꝝ fuit: Hæc per annos. xiiii. cũ ſolis. iiii. M. ſuoꝝ. xl. M. Romanoꝝ nõ ſolũ ſuſtinuit: ſꝫ etiam uicit. pudẽdiſqꝫ fœderibus affecit. Igiẽ Scipio Aphrican⁹ Hiſpaniam igreſſus nõ ilico ſe ingeſſit hoſtibus ut q̃ſi incautos circũueniret ſciens nunq̃ id genus hoĩuꝫ adeo in ociũ corpore atque aĩo reſolui: ut

non ipſa qualitate habitudinis ſuæ apparatus alioꝝ præcelleret. ſed ali quandiu militē ſuū in caſtris uelut in ſcholis exercuit. Et cū ꝑtē æſta tis totamque hyemē: ne attentata qd pugna tranſegiſſet: ſic quoq; parꝝ ꝓpemodū hac ꝑfecit induſtria. Nāque ubi copia pugnandi facta eſt ex ercitus roman' oppreſſus īpetu Numantinoꝝ terga cōuertit: ſed increpatione & minis obiectantis ſeſe cōſulis: manuq; retinentis tandem indi gnatus in hoſtem rediit. & quem fugiebat fugere cōpulit. Difficilis ī re latu fides. Numantinos effugauere. & fugientes uidere Romani. Vnde q̄uis Scipio: qa præter ſpem acciderat: lætatus & gloriat' eſſet. tamē ul tra bellū aduerſus eos audendū nō eſſe ꝓfeſſus ē. Itaque Scipio inſiſten dū inopinatis ꝓuentib' cenſuit. urbē ipſam obſidione cōcluſit. foſſa & circūdedit: cui' latitudo pedib'. x. altitudo. xx. fuit. Ipſū deinde uallu; ſudibus præſtructū crebris turrib' cōmuniuit. ut ſi qua ab erūpēte ho ſte ī eū tentaret irruptio: iā nō quaſi obſeſſor cū obſeſſo: ſed uerſa uice obſeſſus obſeſſo repugnaret. Numantia aūt in tumulo ſita haud ꝓcul a flumine Durio tria. M: paſſuū ambitu muri āplexabat: q̄uis aliq aſſe rant eā & paruo ſitu & ſine muro fuiſſe. Vnde credibile ē: cū hoc ſpacii cura alendoꝝ cuſtodiendorūq; pecoꝝ: uel etiā exercēdi ruris cōmodo: cū bello premerent: incluſerit: ipſi arcē paruā natura munitā obtinētes Alioqn tantā paucitatē hoīu; tā amplū urbis ſpaciū nō munire magis q̄ ꝑdere uidebat. Igit concluſi diu Numantini: & fame trucidati deditionē ſui obtulerūt. ſi tolerabilia iuberentur: ſæpe etiā orantes iuſtæ pugnæ facultatē: ut tanq̄ uiris mori liceret. Vltimo oēs ſubito duab' portis eruperūt: larga prius potiōe uſi nō uini: cui' ferax is locus nō ē: ſed ſucco tritici ꝑ artē confecto: quē ſuccū a calefaciēdo celiā uocāt. Suſci ta; enī ignea illa uis germīs madefactæ frugis. ac deinde ſiccatur. & poſt ī farinā redacta molli ſucco admiſcet: quo fermento ſapor auſteritatis & calor ebrietatis adiicit. Hac igit potiōe poſt longā famē recaleſcētes bello ſeſe obtulerīt. Atrox diu certamē & uſq; ad ꝑiculū romanoꝝ fuit Iteꝝq; romani pugnare ſe aduerſū Numātinos fugiēdo ꝓbauiſſent ni ſi ſub Scipiōe pugnaſſent. Numantini īterfectis ſuoꝝ fortiſſimis bello cedūt: cōpoſitis tamē ordinib'. nec ſicut fugientes ī urbem reuertūtur corpa īterfectoꝝ ad ſepulturā oblata accipe noluerīt. nouiſſima ſpe deſ patōis ī morte; oēs deſtinati clauſa; urbem ipſi introrſū ſuccenderīt: cū ctiq; ꝑiter ferro ueneno atq; igne conſūpti ſūt. Romani nihil ex his pe nit' hūere uictis præter ſecuritatem ſuā. neq;. n. euerſa Numātia uiciſſe ſe magis Numātinos q̄ euaſiſſe duxerūt. Vnū Numantinū uictoris ca tena nō tenuit: ūde triūphu; dederit: Roma nō uidit. Auꝝ uel argentū

Laus numan[tinorum]

quod igni ſupereſſe potuiſſet:apud pauperes nõ fuit.arma & ueſtes ig nis abſumpſit.

Deleta Numantia cæteras gentes pacẽ petiiſſe.

Git ea tẽpeſtate cũ hæc apud Numantiam geſta ſunt:apud ro mam Gracchoꝝ ſeditiones agitabant.Scipio autem cum dele ta Numantia cæteras Hiſpaniæ gentes pace cõponeret: Tireſũ quendam Celticum principem conſuluit:qua ope res Numantina aut prius ĩuicta duraſſet:aut poſt fuiſſet euerſa. Tireſus reſpondit. Cõcor dia ĩuicta diſcordia exitio fuit:quod Romani tanq̃ ſibi ac de ſe dictuꝫ exempli loco acceperũt.qppe qbus iam de ſeditiõe diſcordantis toti' ur bis nunciabat.Carthagine Numantiaqꝫ deleta orit apud Romanos uti lis de ꝓuiſione collatio.& orit infamis de ambitiõe cõtentio.Gracch' tri bunus plebis iratus nobilitati:quod inter auctores Numantini fœderis notatus eẽt:agꝝ a priuatis eaten' poſſeſſũ populo diuidi ſtatuit. Octa uo tribuno plebis obſiſtẽti ademit ĩperiũ.& ſucceſſorẽ Numitiũ dedit His cauſis ſenatũ ira.populũ ſupbia ĩuaſit. ac tunc forte Attalus Eu menis fili' moriens teſtamento populũ Romanũ impio Aſıæ heredem ſuccedere iuſſerat.Gracchus gratiam populi precio appetẽs legẽ tulit uti pecunia:quæ fuiſſet Attali:populo diſtribueret. Obſiſtẽte Naſica etiam Põpeius ſpopondit:ſe Gracchũ cũ primũ magiſtratũ adiiſſet: ac cuſaturꝝ.

In urbe ortam ſeditionem grauem.& in Sicilia ſeruilem contagionẽ

Raccbus cũ niteret:ut ipſe tribun' plebis ſubſequẽte anno per maneret:cũque comitioꝝ die ſeditões populi accederet:aucto re Naſica inflãmata nobilitas fragmẽtis ſubſellioꝝ plebẽ fuga uit.Gracchus p gradus qbus itur ſup Calphurniũ fornicem detracto adminiculo fugiẽs ictus fragmẽto ſubſelii corruit.Rurſuſqꝫ aſſurgẽs alio ictu clauæ cerebro ĩpactæ exanimat' ẽ.Ducenti præterea ĩ ea ſediti one ĩterfecti.eoꝝque corpora in Tiberim ꝓiecta ſunt. ipſi' quoqꝫ Grac chi inhumatũ cadauer extabuit.Orta præterea ĩ Sicilia belli ſeruilis cõ tagio multas late infecit ꝓuincias.Nã & Minturnis.cccc.l.ſerui ĩ crucẽ acti:& Sinueſſæ ad.iiii.M.ſeruoꝝ a Quĩto Metello & Gneo Seruilio cæ piõe oppreſſa ſũt.In metallis quoqꝫ Atheniẽſiũ idẽ tumult' ſeruilis ab Heraclito prætore diſcuſſus ẽ.Apud Delon & ſerui nouo motu ĩtume ſcẽtes opidãis præueniẽtib' preſſi ſũt abſqꝫ illo prio Siciliẽſis mali fomi te:a quo iſte uelut ſcĩtillæ emicãtes diuerſa hæc incẽdia ſeiauit. ĩ ſicilia

enī poſt Fuluiū conſulē Piſo conſul Mamerciū oppiduꝫ expugnauit. ubi octo. M. fugitiuoꝝ interfecit. quos aūt capere potuit patibulo ſuffixit: cui cū Rutuli⁹ cōſul ſucceſſiſſet: idē quoqꝫ Taurominiū & Aetnaꝫ firmiſſima fugitiuoꝝ refugia bello recepit: ubi ampli⁹ q̄. xx. M. tunc ſeruoꝝ trucidata referūtur. Miſera ꝓfecto talis belli & inextricabilis cauſa. Pereundū utique dominis erat: niſi inſoleſcentib⁹ ſeruis ferro obuiā iret. Sed tamē in ipſis quoqꝫ infeliciſſimis dānis pugnæ & infeliciorib⁹ lucris uictoriæ: quanti ꝑiere uicti: tantū ꝑdidere uictores.

Attalū regem Aſiæ teſtamento Aſiam reliquiſſe Romanis.

Nno ab urbe condita. dc. xxii. Publius Lycini⁹ Craſſus cōſul & pontifex maximus aduerſus Ariſtonicū Attali fratrem qui traditā teſtamento Romanis Aſiā ꝑuaſerat: cū inſtrūctiſſimo ē miſſus exercitu. Præterea magnis regibus: hoc ē Nicomede Bithiniæ Mithridate Ponti & Armeniæ Ariarathe Cappadociæ Philomene Paphlagoniæ: eorumque maximis copiis adiutus conſerto tamen bello uictus ē. Et cum exercitu poſt plurimam cædem in fugā acto ipſe iam circūuentus ab hoſtibus: & pene captus eēt: uirgam: qua erat uſus ad eqū: in oculum Thracis impegit. Barbarus aūt cum ira & dolore exarſiſſet: latus Craſſi gladio tranſuerberauit. Ita ille excogitato genere mortis effugit & dedecus & ſeruitutē. Perpenna conſul: qui Craſſo ſucceſſerat: audita morte Craſſi & clade exercitus Romani raptim in Aſiā peruolauit. Ariſtonicū recenti uictoria feriantem īprouiſo bello adortus nudatum omnibus copiis in fugā uertit. Cūque Stratonicē urbē: ad quaꝫ ille confugerat obſidione cinxiſſet: trucidatū fame ad deditionem coegit Perpēna conſul apud Pergamū corrept⁹ morbo diē obiit. Ariſtonic⁹ ueto ductus ad urbē Romā iuſſu ſenatus in carcere ſtrangulatus ē. Eodē anno Ptolemæi Alexandrinoꝝ regis uita miſera miſeriorē uitæ exituꝫ dedit. Is enī ſororē ſuam ſtupro cognitam: ac deīde ī mr̄imōio receptaꝫ turpi⁹ quam duxit: abiecit. Priuignam uero ſuaꝫ hoc ē filiam ſororis & cōiugis coniugē: aſciuit: filiūqꝫ ſuū: quē ex ſorore ſuſcepat: necnō & filiū frīs occidit. Quam ob rē tantis īceſtis parricidiiſqꝫ execrabilis ab alexandrinis regno pulſus ē. Iiſdē tꝑibus Anthioch⁹ nō cōtent⁹ Babylōia atque Hecbathana totū Mediæ īperiū aduerſus Pharaathen Parthoꝝ regē congreſſus uictus ē: q cū in exercitu ſuo. ccc. M. armatoꝝ haberē uideret. c. M. & amplius calonū & lixaꝝ īmiſta ſcortis & hiſtrionibus trahebat. Itaque facile cum uniuerſo exercitu ſuo Parthorum uiribus oppreſſus interiit. Gaio Sempronio Tuditano & Marco Acilio cōſulibus

Publiūm Scipionem Aphricanūm ptidie ꝑ contione de piculo ſalutis ſuæ conteſtatum:quod ſibi ꝑ patria laboranti ab īprobis & ingratis de nunciari cognouiſſet:alio die mane exanimē in cubiculo ſuo reptuȝ nō temere inter mala romanoꝝ maxima recenſuerim:præſertī cum tant⁹ i ea urbe Aphricani uigor & modeſtia ualeret:ut facile uiuo eo neqȝ ſo ciale neque ciuile bellum poſſe exiſtere crederetur. Hunc qdam uxoris ſuæ Semproniæ:Gracchoꝝ autem ſororis dolo necatum ferunt: ne ſce lerata:ut credo:familia:atque in pniciem patriæ ſuæ nata inter īpias ſe ditiones uiroꝝ non etiam facinorib⁹ mulieꝝ eſſet īmanior.

Iteꝝ Aetnam uaſto tremore exundaſſe igneis globis

Arco Aemilio & Lucio Oreſte conſulib⁹ Aetna uaſto tremo re concuſſa exūdauit igneis globis. Rurſuſque alio die Lypa ra inſula & uicinū circa eam mare ī tantū efferbuit:ut aduſtas quoqȝ rupes diſſoluerit:tabulataque nauiū liquæfactis ceris extortue rit:exanimatos piſces ſupnatantes excoxerit:homines quoque niſi qui longius potuere diffugere:reciprocato anhelitu calidi aeris aduſtis in trorſum uitalibus ſuffocarit.

Vbi in Aphrica a belloꝝ excidiis ceſſatū eſt:horribilem & inuſitatā perditionem locuſtaꝝ ſecutam.

Arco Plautio Iſæo & Marco Fuluio Flacco conſulib⁹ uix duȝ Aphricam a belloꝝ excidiis qeſcentē horribilis & inuſitata p ditio cōſecuta ē. Nanqȝ cū p totam Aphricā īmenſæ locuſtaꝝ multitudines coaluiſſent. & nō modo iam ſpē cunctā frugū abraſiſſent herbaſqȝ oēs cum parte radicū & folia arboꝝ cū teneritudine ramoruȝ conſūpſiſſent:ueꝝ etiam amaras cortices atque arida ligna perroſiſſent repentino arreptæ uēto:atque in globos coactæ:portatæque diu p aerē Aphricano pelago īmerſæ ſunt. Haꝝ cū īmenſos aceruos longe undis urgentibus fluctus p extenta late litora ꝓpuliſſent:tetrū nimis atqȝ ul tra opinionem peſtifeꝝ odorē tabida & putrefacta congeries exhaluit. Vnde omniū pariter animantiū tanta peſtilentia conſecuta ē: ut auiuȝ pecudū ac beſtiaꝝ corruptione aeris diſſolutaꝝ putrefacta paſſiȝ cada uera uitiū corruptionis augerent. At uero quanta fuerit hominū lues ego ipſe dū refero:toto corpore phorreſco. Siqdem in Numidia in qua tunc Micipſa rex erat. dccc. M. hominū circa oram uero maritimā quæ

maxime Carthaginenſi atq; Vticẽſi litori adiacet: plus q̃.cc.milia piſſe traditũ eſt. Apud ipſam uero Vticam ciuitatẽ.xxx.milia militum: quæ ad præſidium totius Aphricæ ordinata fuerant extĩcta atq; abraſa ſũt. Quæ clades tam repentina ac uiolẽta inſtitit: ut tunc apud Vticam ſub una die p unã portam ex illis iuniorib' plus q̃.M.d. mortuos elatos fuiſſe narref. Vec tamen pace & gr̃a oĩpotentis dei dixerim: de cui' miſericordia & in cui' fiducia hæc loquor: q̃uis & tpibus noſtris exoriãtur aliquando hæ diuerſis ptibus locuſtæ: & plerũque etiam. ſed tolerabiliter ledant: nunq̃ tamen tpibus chriſtianis tanta uis inextricabilis mali accidit: ut pnicies locuſtac: quæ nullo mõ ferri uiua potuiſſet: mortua pl' noceret. & qua diu uiuente peritura erant oĩa: ea perdita pereuntib' magis oĩbus optandum fuerit: ne periret.

Poſt euerſam Carthaginẽ itec iuſſum eſt eã reſtitui.

Nno ab urbe cõdita.dc.xxxvii. Lucio Cæcilio Metello & Quĩto Tito Flaminio cõſulibus Carthago ĩ Aphrica reſtitui iuſſa.xx. & ſecundo demũ anno: q̃ fuerat euerſa: deductis ciuiu; Romanoc familiis: quæ eam incolerent: reſtituta & repleta ẽ: magno ante ꝓdigio præcedente. Nam cũ menſores ad limitandum Carthaginenſem agc miſſi ſtipites terminorum indices fixos: nocte a lupis reuulſos mordicus: corroſoſque reperiſſent: aliq̃diu hæſitatum ẽ: utc Romanæ paci expediret: Carthaginem reformari. Eodem anno Gaius Gracchus Gracchi illius: q iam occiſus in ſeditõe fuerat frater: tribun' plebis per tumultum creatus: magna rei publicæ pnicies fuit. Nam cu; ſæpe populum romanum largitionibus ꝓmiſſiſque nimiis in acerbiſſimas ſeditiones excitauiſſet: maxime legis agrariæ cã ꝓ qua etiam frater eius Tiberius Gracchus fuerat occiſus: tandẽ a tribunatu minutio ſucceſſore deceſſit. Minutius tribunus cum maxĩa ex pte deceſſoris ſui Gracchi ſtatuta cõuulſiſſet: legeſque abrogaſſet. Gaius Gracchus cũ Fuluio Flacco ingenti ſtipatus agmĩe capitoliũ ubi concio agitabatur: aſcendit. Ibi maximo tumulto excitato qdam præco a Gracchanis ĩterfectus: uelut ſignum belli fuit. Flaccus duobus filiis armatus cinctus: comitante & Graccho togato: breuẽque gladiũ ſub ſiniſtra occultante: q̃uis & præconẽ fruſtra præmiſiſſet: q ſeruos ad libertatẽ uocaret: Ianum tanq̃ ĩ arce occupauit: contra quẽ Decius Brutus uir cõſularis a cliuo publico cum ingenti certamine irruit. Ibi diu obſtinatiſſime dimicauit Flaccus. Gracchus poſtq̃ in tẽplum mineruæ ſucceſſerat: gladio incũbere uolẽs

interuentu lictoris retent⁹ ē. Itaque cū diu anceps bellū agitaret: tandē ſagittarii ab Opimio miſſi conſertā multitudinē diſturbauerunt. Duo Flacci pater filiuſq; cū p ædē Lunæ in domū priuatam deſiluiſſent: fo reſque obieciſſent: reſciſſo craticio pariete: cōfoſſi ſunt. Gracch⁹ pro ſe amicis pugnantib⁹ ac peuntib⁹ ægere ad pontē ſubliciū puenit: ibiq; ne uiu⁹ caperet: ceruicē ſeruo ſuo præbuit. Caput Gracchi exciſū cōſuli allatū eſt. corpus ad Corneliā matrē Miſſenū oppidū deuectū ē. Hæc aūt Cornelia Aphricani maioris filia Miſſenū poſt prioris filii morte; ſeceſſerat. Bona Gracchi publicata ſunt. Flaccus adoleſcēs in robore ne catus eſt. Ex factione Gracchi. cc. l. hoīes in Auētino mōte cæſi referūt Opimi⁹ conſul ſicut in bello fuit fortis: ita in quæſtione crudelis. Nam amplius q̄ tria. M. hominū ſuppliciis necauit: ex qbus plurimi ne dicta qdem cā innocētes interfecti ſunt. Iiſdē tpibus Metellus Baleares inſu las bello puagatus edomuit. & piratica; infeſtationē: quæ ab iiſdē tunc exoriebat plurima incolaꝝ cæde cōpreſſit. Gneus quoq; Domiti⁹ pcon ſul Allobroges Gallos iuxta oppidū Vindaliū grauiſſimo bello uicit: maxime cū elephantoꝝ noua forma equi hoſtiu; hoſteſque conterriti diffugiſſent. xx. M. ibi Allobrogū cæſa referūtur. iii. M. capta ſunt.

Aetnam ultra ſolitum exarſiſſe.

Odē tpe Aetna mons ultra ſolitū exarſit: & torrentibus igneis ſupfuſis lateq; circūfluentib⁹ Catinā urbē fineſq; ei⁹ oppreſ ſit ita: ut tecta ædiū calidis cinerib⁹ præuſta & prægrauata cor ruerent: cui⁹ leuandæ cladis cā ſenatus. x. annoꝝ uectigalia Catinenſib⁹ remiſit.

Iugurthæ Numidaꝝ regi bellū cōſenſu populi Romāi ſenatū īdixiſſe.

Nno ab urbe cōdita. dc. xxviii. Fabius conſul Bytinto regi Ar neruoꝝ Galliæ ciuitatis bellū maxīo inſtructu cōparāti adeo cū paruo exeſcitu occurrit: ut Bytintus paucitatē romanoru; uix ad eſcā canibus: quos in agmine habebat: ſufficer poſſe iactaret: qui cū ſibi ad tranſferendas copias unum pontem Rhodani fluminis parū eē intelligeret: aliū cū paucis lintrib⁹ cateniſq; cōnexū ſupſtratis confi xiſque tabulis ſtruxit. Cōſerta pugna: & diu grauiter agitata uicti gal li: cōuerſique in fugā: dū quiſque ſibi timet: coaceruatis īcōſulte agmi nibus præpropero tranſitu pōtis uincla ruperūt. ac mox cū ipſis lintri bus merſi ſunt. c. lxxx. M. armatoꝝ in exercitu Bytinti fuiſſe tradūtur.

ex qbus c.l.M.uel cæſa uel merſa ſunt. Quint' Martius cõſul Gallorꝫ gentem ſub radice alpiũ ſitã bello aggreſſus ẽ: q cũ ſe Romanis copiis circũſeptos uiderent: belloq; ĩpares fore intelligerẽt: occiſis cõiugib' ac liberis in flammas ſeſe ꝓiecerũt. Qui uero præoccupantibus Romanis pagendæ tũc mortis ſuæ copiã nõ habuerant: captique fuerĩt alii ferro alii ſuſpẽdio. alii abnegato cibo ſeſe conſũpſerũt: nulliſq; oĩo uel puu lus ſupfuit: q ſeruitutis conditionem uitæ amore tolerant.

Nno ab urbe cõdita. dc.xxxv. Publio Scipiõe Naſica & Lucio Calphurnio Beſtia conſulib' Iugurthæ Numidarꝫ regi bellũ conſenſu populi Romani ſenat' indixit. Sed ego de Iugurtha ordinis tantũ loco & cã cõmemorationis breuiter pſtrinxerim: qa ut de natura eius uaria atque intolerabili. ita & de rebus tam doloſe: quã ſtre nue geſtis ꝓpter opimã ſcriptorꝫ luculentiam ſatis ſufficiens apud oẽs noticia eſt. Igitur Iugurtha Micipſæ Numidarꝫ regis adoptiu' hæreſ que inter naturales eius filios factus primũ cohæredes ſuos: ideſt Hye pſalẽ occidit. Atherbalẽ bello uictũ Aphrica expulit. Calphurniũ ĩde conſulẽ aduerſũ ſe miſſum pecũnia corrupit: atq; ad turpiſſimas cõdi tiones pacis adduxit. Præterea cũ Romã ipſe ueniſſet oĩbus pecũia aut corruptis: aut attentatis ſeditões diſſenſioneſque pmiſcuit: quam cum egredereť: infami ſatis notauit eulogio: dicẽs. O urbẽ uenalẽ & mature pituram: ſi emptorẽ ĩuenerit. In ſequenti anno Aulũ Poſthumiu; Po ſthumii cõſulis fratrẽ: quẽ is. xl. M. armatorꝫ exercitui præfecerat apđ Calamam urbẽ theſauris regiis cõditis inhiantẽ bello oppreſſit: cui ui cto ignominioſiſſimũ fœdus exegit. Vniuerſam pene Aphricam a Ro manis deficientẽ regno ſuo iunxit. Poſtea tamen Metelli cõſulis ĩtegri tate & diſciplina coercit': duobus etiam præliis uictus uidit præſente ſe & uaſtari Numidiam ſuam & nõ poſſe defendi. a quo in deditionẽ coa ctus. ccc. obſides dedit. frumentũ atque alios cõmeatus pſoluturũ ſeſe ſpopondit. iii. M. ampli' pfugarꝫ reddidit. Exin cũ incertus in pace im probos nõ ꝓhiberet excurſus: Gaii Marii cõſulis nõ minore pene q̃ ipſe præditus erat: aſtutia Romaniſq; uiribus fractus eſt: maxĩe poſtq̃ Ma rius urbẽ Capſam ab Hercule Phœnice: ut ferunt cõditam regiis tunc theſauris confertiſſimam dolo circũuenit. & cepit. Diffidẽs deinde pro priis rebus & uirib' Iugurtha ſocietatẽ cũ Boccho maurorꝫ rege fecit: cuius eqtatu in ĩmenſũ auctus marianũ exercitũ creberrimis incurſio nibus fatigauit. Poſtremũ apud Cyrtham urbẽ antiquã maſaniſſæ re giam aduerſũ Romanos expugnationẽ ei' parantes. lx. milia equitum

iuſtructus occurrit. Nunq̃ ulla Romano militi tumultuoſior pugna
& terribilior fuit: adeo ut diſcurſu & fremitu circũcurſantiũ & ĩpeten
tiũ equitũ ſuſcitatus puluis cælũ ſubtexuerit: diẽ ademerit: noctemq;
obduxerit: tantꝰ aũt teloꝝ nimbus ingruerit ut nulla pars corporis eẽt
ab ictu tuta: qppe quibꝰ & uiſus ad ꝓſpiciendũ ĩpedimento caliginis &
expeditio ad cauendũ compreſſiõe multitudinis deerat. Nec laborabat
eques Maurus ac Numida: ut bene collocatũ hoſtẽ opportuno teli im
petu rimareť. ſed potiꝰ in incertũ pila mittebant: certi: quod uulnera in
certa nõ eſſent. Ita coacti in unũ Romani eqtes. in unũ pedites denſabãť
Intercapedinẽ tanti ꝑiculi nox interueniẽs finẽ dedit. Eadẽ poſtera die
& belli & ꝑiculi facies erat erumpere in hoſtẽ: q̃uis ſtricto miles gladio
nõ ualebat ferire. eminꝰ enĩ iaculis repellebať. fugeř nõ poterat. Vndiq;
enĩ uelocior ad pſequendũ eques incluſerat. Iã tertia dies & nullũ ũde
cũq; ſuffragiũ. dira undiq; mortis facies obiiciebať. Tandẽ Marius cõ
ſul forti deſpatõe ſpei uiã fecit. & cũ uniuerſo ſimul agmĩe prorupit e
uallo. cãpoq; ſeſe ſimul e prælio dedit. Et cũ iteꝝ circũfuſi hoſtes non
ſolũ agminis extrema laniarent: ueꝝ etiã media excuſſis ꝓcul telis cede
rent: turbatoſq; Romanos inſup etiã æſtu ſolis ĩtolerantia ſitis: mortis
circũſtantia uſque ad extremũ deſpationis fatigaret: ſubito notũ illud
romanoꝝ aduerſus Aphros tẽpeſtatũ imbriũq; ſuffragiũ cælo miſſũ
inſpatæ ſalutis fuit. Siqdẽ repentina pluuia ſitientibꝰ Romanis & æſtu
antibꝰ refrigeriũ potũque præbuit. Porro aũt Numidis haſtilia teloꝝ:
quæ manu intorquere ſine amẽtis ſolent. lubrica ac ꝑ hoc ĩutilia reddi
dit. Scuta etiã: quæ elephanti corio extẽto atque durato habilia & tuta
geſtabant: cuiꝰ ea natura ẽ: ut acceptũ imbrẽ: tanq̃ ſpõgia ebibat: ac per
hoc intractabile repentino pondere fiat: qa circũferri nõ poterant: defen
dere nequiuerũt. Ita ex inſpato conturbatis deſtitutiſq; Mauris ac Nu
midis Bocchus & Iugurtha fugerũt. Poſt hoc. l. M. armatorũ nouiſſi
mo bello ab iiſdẽ regibus obiecta. hæc quoque uſq; ad internitionẽ ro
manis uĩcentibꝰ cæſa referũtur. Ex eo Bocchus ſpem belli abiiciẽs pacẽ
petiuit. atq; in preciũ pacis Iugurthã dolo captũ catenisq; obrutũ per
Syllã legatũ miſit ad Mariũ: q in triũpho ante currũ cũ duobꝰ filiis ſu
is actus mox in carcere ſtrangulatꝰ ẽ. Iiſdẽ diebus obſcœnũ ꝓdigiũ ac
triſte uiſũ ẽ. Luciꝰ Aelius eques Romanꝰ cũ uxore & filia Roma i apu
liã rediens tẽpeſtate correptus ẽ: q cũ filiã conſternatam uideret: ut ci
tius ꝓpiorib' tectis ſuccederent: relictis uehiculis: arreptiſqueeqs filiã
uirginem equo inſidentẽ in mediũ agmen accepit. Puella uero ictu ful
minis exaĩata eſt. Sed oibus ſine ſciſſura aliqua ueſtimẽtis ademptis: ac

pectoris pedũq; uinculis diſſolutis: monilibꝰ & anuliſq; diſcuſſis: ipſo quoque corpore illæſo: niſi quod obſcœnũ in modum nuda: & lingua paululũ exerta iacuit equus quoque ipſe quo utebať ſtraturis frenis & cingulis diſſolutis paſſim ac diſpſis exanimis ꝓcul iacuit Poſt hoc par uo interceſſu tẽpis Luciꝰ Vecturius eques Romanꝰ Aemiliã uirginẽ Veſtalẽ furtiuo ſtupro polluit. Duas preterea uirgines Veſtales eadẽ Aemilia ad participatiõem inceſti ſolicitas cõturbernalibꝰ ſui corruptoris expoſnit ac tradidit. Indicio p ſeruũ facto ſuppliciũ de omnibꝰ ſũptũ ẽ. Iiſdẽ preterea Iugurthini belli tẽporibus Lucius Caſſius cõſul in Gallia Tigurinos uſque ad oceanũ perſecutus: rurſũq; ab eiſdem inſidiis circũuẽtus occiſus eſt. Lucius quoq; Piſo uir conſularis legatus Caſſii cõſulis interfectus. Gaius Publius alter legatus: ne reſidua exercitus portio quæ in caſtra cõfugerat: delereť: obſides & dimidiã partem rerũ õniũ Tigurinis turpiſſimo fœdere dedit: q Romam reuerſus a Cœlio tribuno plebis die dicta eo ꝙ Tigurius obſides dederat: in exiliũ profugit. Scipio procõſul capta urbe Gallorũ: cui nomẽ ẽ Toloſa. c. M. ponderis auri & argẽti. cx. M. e templo Apollinis ſuſtulit: quod cũ ad Maſſiliam amicam populo Romano urbẽ cũ præſidiis miſiſſet. interfectis clam: ſicut qdam cõteſtanť: quibꝰ ea cuſtodiẽda & peruehẽda cõmiſerat cuncta per ſcelus furatus fuiſſe narrať. Vnde magna quæſtio poſt Romæ acta eſt.

Multas gentes in unũ conſpiraſſe: ut Romanum nomẽ delerent.

Nno ab urbe condita: dcxlii. Gaius Manlius & Quintus Cæpio proconſules aduerſus Cimbros & Teutones Tigurinos & Ambronas Gallorũ gẽtes: quæ tũc: ut imperiũ Romanum extinguerent: conſpirauerãt: miſſi: prouincias ſibi: Rhodano flumine medio diuiſerunt: ibi dũ inter ſe grauiſſima inuidia & contentione diſceptant cũ magna ignominia & periculo Romani nominis uicti ſunt. Siqdem in ea pugna Marcus Aemilius conſularis captus. atq; interfectus eſt. Duo filii conſulis cæſi. lxxx. M. Romanorũ ſociorumque ea tẽpeſtate trucidata. lx. M. calonum atque lixarũ interfecta Antias ſcribit. Ita & ex omni penitus exercitu. x. tãtummodo homines: qui miſerũ nuntiũ ad agẽdas miſerias reportarẽt: ſuperfuiſſe referunť. Hoſtes binis caſtris atque ingenti præda potiti noua quadam atque ĩſolita execratiõe cuncta: quæ ceperant: peſſum dederunt. Veſtis diſciſſa & ꝓiecta eſt. aurũ argentumque in flumen abiectum eſt loricæ uirorũ conciſæ. phaleræ quoque equorũ. diſperditæ. equi ipſi gurgitibus immerſi. homines laqueis

co'llo inditis ex arborib' ſuſpenſi ſūt ita: ut nihil prædæ uictor: nihil mi
ſericordiæ uictus agnoſceret. Maximus tūc Romæ nō ſolū luctus: ueꝝ
etiā metus fuit: ne cōfeſtim Cimbri alpes trāſgrederētur: Italiāque dele
rent. Iiſdē tpibus Quint' Fabius Maximus filiū ſuū adoleſcētē ruri re
legatū cū duob' ſeruis patricidii miſtris īterfecit. ipſoſque cōtinuo ſer-
uos ī preciū ſceleris māumiſit. Die dicta: Gneo Pōpeio accuſante dānat'
eſt. Igit Marius quarto cōſul: cū iuxta Iſarā Rhodanumque flumina:
ubi in ſeſe confluunt. caſtra potuiſſet: Teutones Cimbri & Tigurini &
Ambrones: poſtq̄ continuo triduo circa Romanoꝝ caſtra pugnarunt: ſi
quo pacto eos excuterēt uallo: atque ī æquū funderēt: trib' agminibus
Italiaꝫ petere deſtinarūt. Marius poſt digreſſū hoſtiuꝫ caſtra mouit. &
collem occupauit: qui campo & fluuio: ubi hoſtes ſeſe diffūderāt: immi
nebat. Cunque exercitui eius aqua ad potandū deeſſet: querelis omnium
coargueret. aquā quidē in cōſpectu eſſe reſpōdit. ſed eam ferro eſſe uen
dicādaꝫ. Primis itaque calonib' cū clamore ī pugnam ruētibus ſubſecu
tus exercitus: mox iuſto certamīe cōpoſitis ordinibus bellū eſt: & uicere
Romani. Quarto die rurſus productæ utrinque in cāpū acies uſque ad
meridiem pene pari pugnauere diſcrimīe. Poſt: ubi īcaleſcēte ſole fluxa
Galloꝝ corpora in modū niuiū diſtabuerunt uſqꝫ in noctē cædes poti'
quā pugna ꝓtracta eſt. Ducenta milia armatoꝝ in eo bello īterfecta ſūt
lxxx. M. capta. uix. iii. M. fugiſſe referunt. Dux quoque eoꝝ Teutobo
chus occiſus eſt. Mulieres eoꝝ cōſtantiore animo: quaꝫ: ſi uiciſſent: peti
erūt a cōſule: ut ſibi īuiolata caſtitate uirginib' ſacris miſtrare fas eſſet:
quo uitā ſibi reſeruarēt. quam rem: cū nō impetraſſent: paruulis ſuis ad
ſaxa illiſis cūctæ ſeſe ferro ac ſuſpēdio peremerūt. Hæc de Tigurinis &
Ambronibus geſta ſūt. Teutones aūt & Cimbri integris copiis alpiū ni
ues emenſi Italiæ plana puaſerūt. Ibique cū rigidum genus diu blandi
oribus auris cibis poculis ac lauacris emolliret: Marius Quītū conſul
& Catulus aduerſus eos miſſi: die ad pugnam & campo dato: Hānibalis
ſecuti ingeniū ī nebula diſpoſuere pugnam in ſole pugnauerunt. Prima
ſiqdem ꝑturbatio Galloꝝ fuit: quod Romanam aciem prius offendere
diſpoſitam: quam adeſſe ſenſerunt. Cunqꝫ ilico uulnerati equites retro
in ſuos cogerent: totāque multitudinem indiſpoſite adhuc aduentantē
conturbarent: & ſol cum uento ortus ex aduerſo emicuiſſet: uiſus eorū
puluis oppleuit. & ſplendor hebetauit. Ita factuꝫ ē: ut tanta ac tam terri
bilis multitudo minima Romanoꝝ clade: ſua ultima internitione cæde-
retur. Centum xl. M. eoꝝ tūc in bello cæſa. xl. M. capta dicunt. Mulieres
grauiorem pene excitauere pugnam: quæ plauſtris in modū caſtroruꝫ

circũſtructis:ipſe ãt deſuper ꝓpugnãtes diu ꝓpe repulere rõanos. Sed cum ab his nouo cædis genere terrerent̃:abſciſis.n.cum crine uerticibus inhoneſto ſatis uulnere turpes relinquebant̃ ferro qđ in hoſtẽ ſumpſerant:in ſe ſuoſq3 uerterẽt.nãq3 aliæ ↄcurſim mutuo iugulate.aliæ apprehenſis inuicẽ faucibus ſtrangulatæ.aliæ funibus per equoꝝ crura ↄſtis ipſiſque eqs extimulatis qbus equoꝝ crura nexuerant:ididere ceruices quouſq3 ꝓtractæ atque exanimatæ ſunt.aliæ laqueo de ſubiectis plauſtroꝝ temonibus pependerẽt.Inuenta eſt & quædã quæ duos filios traiectis per colla eoꝝ laqueis ad ſuos pedes uinxerit:& cum ſe ipſam ſuſpẽdio morituram dimiſiſſet:ſecum traxerit occidendos. Inter hæc multa & miſerabilia mortis genera.reguli quoq3 duo ſtrictis in ſe gladiis ↄcurriſſe referunt̃.Lucius & Boiorix reges in acie cecidẽrt. Claudius & Ceſorix capti ſunt.Ita in his duobus præliis.ccc.l.M.Galloru3 occiſa. & .cxl.M.capta ſunt abſque innumera multitudine mulieꝝ: que ſe ſuoſq3 paruulos fœmineo furore:ui ãt uirili necauẽrt. Poſt triumphu3 Marii incredibile facinus & nunq̃ ãtea rõanis cognitu3 ꝑpetratu3 fuiſſe.

Git talẽ Marii triumphum rõanãq3 uictoriã incredibile facin⁹:& nunq̃ antea rõanis cognitum Romæ ſubito perpetratum uerſa in horrorẽ ac mærorẽ tota urbe fuſcauit.Publitius qdam malleolus ſuis annitẽtibus mr̃em ſuam interfecit.Dãnatus parricidio:inſutuſque culleo in mare ꝓiectus eſt:impleuẽrtque romani facinus & pœnam:de qua re ſolon athenienſis decernere nõ auſus fuerat:dum fieri poſſe nõ credidit:& Romani q ſe ortos a Romulo ſcirent:etiam hoc fieri poſſe intelligentes ſupplicium ſingulare ſanxẽrt.Anno ab urbe cõdita.dcv.poſt cĩbricum & Teutonicum bellum & q̃ntum marii cõſulatum: quo ſtatus imperii rõmani iure cõſuatus iudicat̃.ↄſulatu ſexto eiuſde3 Gaii marii ita labefactatus ẽ ut pene uſque ad extremũ inteſtina clade conciderit. Euoluere ac percurrere mihi diſcordiaꝝ ambages & inextricabiles ſeditionum cauſas incõmodum ſimul ac longum uidet̃.ſane breuiter ſtrinxiſſe ſufficiat:qđ primus Lucius Apuleius ſaturninus excitati tumultus auctor extiterit:q̃nto Metello Numidico uiro ſane primario acerrimus inimicus:q eum cenſorem creatum ꝓtractum.domo atque in capitolium fugientẽ armata multitudine obſedit:unde eqtum rõanoꝝ indignatõe deiectus eſt:plurima ante capitolium cæde facta.Anumium deinde competitorem ſuum ſaturninus & Glaucia fraude Gaii Marii cõſulis occiderunt.ſubſequente anno marius ſextum conſum & Glaucia prætor & ſaturninus tribunus plebis conſpirauẽrt:Metellum Numidicum in exilium quacunq3 ui agerẽ.Die dicta a ſuppoſitis eiuſdẽ factõis

nfamibus auſibus contionē domi ſuæ habuit. ibiqꝫ ab aliis rex. ab aliis iperator ē appellatꝰ. Matius manipulati plebe deſcripta alteꝝ cōſulem cū præſidiis in colle diſpoſuit. ipſe portas cōmuniuit. In foro præliū cō miſſum ē. Saturninꝰ a marianis foro pulſus in capitoliū cōfugit. Mariꝰ fiſtulas qbus eo aqua deducebaſ incidit. Bellū deinde in aditu capitolii horridū ſatis actū ē. multique circa ſaufeniū & ſaturninū cæſi. ſaturninus palā clamitans mariū auctorē eē oīum molitionū ſuaꝝ conteſtatꝰ ē. Cū aūt ipſe ſaturninus & ſaufenius & Labienus cogente Mario ī curiā confugiſſent: per eqtes romanos effractis foribus occiſi ſunt. Gaius Glaucia extractus e domo Claudii trucidatus ē. Furiꝰ tribunus plebis bona oīum publicanda decreuit. Gneus Dolobella ſaturnini frater per foꝝ olitoriū fugiēs cū Lucio Ieganio interfectus eſt. Itaque auctoribꝰ tantæ ſeditōis occiſis qes populo fuit. Tūc Cato atqꝫ Pōpeius rogatiōꝫ de reditu metelli Numidici totius urbis gaudio ꝓmulgarūt. qđ ne ꝑficereſ: Marii conſulis & Furii tribuni plebis factiōibus interceſſū ē: Rutilius quoqꝫ uir integerrimꝰ adeo fidei atque innocētiæ conſtātia uſus eſt: ut die ſibi ab accuſatoribus dicta uſque ad cognitionē neqꝫ capillū barbāue dimiſerit. neque ſordida ueſte humili ue habitu ſuffragatores cōciliarit. īimicos ꝓmulſerit: iudices tpatit: orōnemque a prætore conceſſam nihilo ſūmiſſiorē quam aīuꝫ hūerit. Cū euidēti oppugnareſ calūnia & opīone bonoꝝ oīum iure abſoluendꝰ putareſ: piurio iudicū cōdēnatus ē: q Smyrnā cōmigrans litteraꝝ ſtudiis contētus conſenuit

Mæſtam urbem ꝓdigia terruerūt.

Nno ab urbe cōdita. dc. lix. Iulio Cæſare & Lucio Marco Philippo conſulibꝰ inteſtinis cauſis ſociale belluꝫ tota commouit Italia. Siqdē Liuius Druſus tribunus plebis Latinos oēs ſpe libertatis illectos cū placito explere non poſſet: ī arma excitauit: quo acceſſit ut mæſtā urbē ꝓdigia dira terrerent. Nā ſub ortu ſolis globus ignis a regione ſeptētrionis cū maximo celi fragore emicuit. Apud Aretinos cū panes per conuiuia frāgerenſ: cruore mediis panibus quaſi e uulneribus corpoꝝ fluxit. Præterea ꝑ ſeptē continuos dies grando lapiduꝫ īmiſtis & teſtaꝝ fragmētis terram latiſſime uerberauit. In Sannitibꝰ uaſtiſſimo hiatu terræ flāma ꝓrupit. & uſqꝫ in cœlū extendi uiſa ē. Complures præterea in itinere uidere Romani globuꝫ coloris aurei cœlo ad terrā deuolui. maiorēque factū rurſus a terra in ſublime ad orientē ſolē ferri ac magnitudine ſua ipſū ſolem obtexiſſe. Druſus tātis malis anxius domi ſuæ īcerto qdem auctore interfectus eſt. Igiſ Picentes & Veſtini Marſi Peligni Marrucini Sannites & Lucani: cū adhuc occultā de

do lapidū &
...
hiatus
...

fectioꝫ meditarenť:Gaiū Seruiū prætorē legatū ad ſe miſſū apud Aſcu
lū occiderīt:ſtatīqꝫ clauſa cītate oēs ciues rōanos in dicta cæde iugularīt
Continuo atrociſſimā pniciem infamiſſima præceſſere ꝑdigia. Nāque
oīum generꝝ aīalia:quæ man⁹ hoīum ppeti:atqꝫ inter hoīes uiuere ſoli
ta erant:relictis ſtabulis paſcuiſqꝫ cū balatu hīnitu mugituqꝫ miſerabi
li ad ſiluas monteſqꝫ fugerīt.Canes quoqꝫ quorꝝ natura eſt extra hoīes
eſſe non poſſe:lachrimoſis ululatib⁹ uagi luporꝝ ritu oberrarunt. Igiť
ſuccedere ſine requie cogeret: uix tertio mēſe expugnauit. xiii. M. ibi iu dæorum cæſa narrant. cætera multitudo in fidē uenit. Pōpeius muros ciuitatis euerti æquarique ſolo īperauit. & cū aliquantos Iudæorum ſecuri pcuſſiſſet: Hyrcanū ſacerdotio reſtituit. Ariſtobolū captiuū romam duxit. Hoc bellū orientis cū. xx. & duobus regib⁹ ſeſe geſſiſſe ipſe Pōpeius p contione narrauit. Interea coniuratio Catilinæ aduerſus patriā pedſdem dies in urbe habita ac pdita. in Hetruria uero ciuili bello extincta eſt. Romæ uero conſcii cōiurationis occiſi ſunt. ſed hanc hiſtoriā agēte Cicerone & deſcribente ſaluſtio ſatis oībus notam: nūc a nobis breuiter fuiſſe perſtrictā ſat eſt. motus etiam a Pelignis ort⁹ a Marcellis patre & filio per Luciū Vectiū pditus patefacta Catilinæ cōiuratōe quaſi ſuccisa radice cōpreſſus eſt: & de utroq; per Bibulū in Pelignis per Ciceronem in Brutiis uindicatū eſt.

Hic dicit de Heluecio gente fortiſſima & gentibus Gallorum: cū qbus pugnauit Cæſar & uicit.

Nno ab urbe coudita. dc. lxxxxiiii. Gaio Cæſare & Lucio Bibulo conſulibus lege uatinia Cæſari tres puinciæ cū legionibus ſeptē in quinquenniū datæ: Gallia Tranſalpina & Illyricū. Galliam Comatam poſtea ſenatus adiecit. Hanc hiſtoriam Suetonius Tranquillus plenıſſime explicuit: cuius nos competes portiunculas decerpſimus. Heluecior animos fortiſſimæ Gallorum omnium gentis ea uel maxima cauſa. quod perpetuo pene cum germanis bello altercabātur: a quibus Rheno tantum flumine dirimuntur: Orgentorix quidā princeps gentis ſpe totas inuadendi gallias in arma accenderat: Quo cæteri optimates correpto: & ad mortem coacto cohibere tamen ſemel aīatas ī prædam plebes nequiuerunt: Qui coniuratiōe facta ac die dicta exuſtis uicis ac domibus ſuis: ne quod deſiderium ex ſpe reuertendi foret: pfecti ſunt. Quos cum apud Rhodanum flumen obuios Cæſar habuiſſet: magno difficilique bello bis uicit. uictoſq; ad deditionē coegit. Horu; fuit: cū primū pgreſſa eſt oīs multitudo: Heluecior. Turingorum. & Baiorum utriuſque ſexus ad. clvii. M. hominū. Ex his. xlvii. M. in bello ceciderunt. cætera in terras pprias remiſſa ſunt. Poſtea Cæſar contra Arioniſtum regem excitantem inuehentemque ſecū incredibiles germanorum copias: qb⁹ nuper uniuerſos Galliarum populos ſubegiſſe iactabat: apud ſequanos uicit. Cu; autem diu exercitus Cæſaris Germanorum multitudine & uirtute perterritus pugnam detrectaſſet: Ariouiſt⁹ ī Germania; arrepta nauicula Rhenū trāſuect⁹ effugit. uxores uero ei⁹ duæ totidēq;

filiæ captæ ſunt. Fuerũt aũt ĩ exercitu Arioviſti Arudes Marcomanes Triboci. Vangiones. Nemetes. Edures. & Suevi. Pugna maxime grauis ex phalange Germanoꝝ fuit: quã coacto in unũ agmine: ſcutiſq; ſupra capita contextis ad irrũpendã romanoꝝ aciem tuti ũdiq; præſtruxerãt Sed poſtq̃ aliqui romanoꝝ militũ agilitate audaciaque inſignes ſupra obductam ſaliere teſtudinẽ. ſcutiſque ſigillatim uelut ſquamis reuulſis deſup nudos deprehenſoꝝ detectoꝝque humeros ꝑfoderunt. territi hoſtes nouo mortis ꝑiculo terribilẽ diſſoluere cõpagem. Exinde ĩ fugã uerſi per. l. M. paſſuũ inſatiabiliter cæſi ſunt: neque coniici numerus potuit Germanoꝝ: uel quantus fuerit occiſoꝝ. Poſt hæc Belgaꝝ gens quæ tertia pars Galliaꝝ eſt: aduerſus Cæſarem exarſit: Quoꝝ diſtributi; copia hæc fuit. Bellouagi: qui cæteris numero & uirtute præſtare uidẽtur habuerẽ lectiſſima. lx. M. armatoꝝ. Sueſſones ex. xii. oppidis. l. M. Nerui quoꝝ adeo indomita feritas prædicabaẽ: ut nunq̃ in id tẽpis mercatores ad ſe admiſerint: uina cæteraque uenalia deferre: quibus inducta iocunditas torporem uirtutis afferret: habuerunt ſimiliteẽ. l. milia. Atrabites etiã & Ambiãi. x. milia. Morini. xxv. M. Menapi. ix. milia. Caleti. x. milia Velocaſſes & Veromãdui æque. x. milia: Atuatici. x. &. ix. milia. Cõdruſi Eburones. Cerceſi. Cenomani: qui uno nomine Germani uocãtur xl milia. & ita fuiſſe referũtur. cc. lxxxv. milia armatoꝝ lectiſſima. His repente ſilua erũpentibus exercitus Cæſaris ꝑturbatus atque in fugã act9 plurimis ſuoꝝ amiſſis tandem hortatu ducis reſtitit. uictoreſq; aggreſſus uſque ad internitionẽ pene deleuit. Igiẽ Cæſar magnis ĩ Gallia reb9 geſtis: cũ in Italiam proficiſci decreuiſſet: Galliã cũ legione. xii. ad Veragrados Edunoſque miſit. Qui cũ hyemandi cã in uico Veragradoru;: cui nomen erat Octodorus conſediſſet: mediãq; oppidi partẽ: quæ torrente diuidebaẽ accolis conceſſiſſet: quadã die eoſdem diſceſſiſſe per noctem ac ꝓximo inſediſſe colli uidet. Quippe illi paucitatẽ uix mediæ legionis deſpectui habẽtes: ultroneã ſibi prædã nullo ceſſuro negocio arbitrabanẽ: finitimoſq; ſuos in hanc cædis ac prædæ ſocietatẽ uocauerunt Igiẽ Galba tã præſentib9 ꝑiculis circũſepto ac trepido ĩter uarias conſultatões certi cõſilii incerto repente Galli deſcẽſu mõtis effuſi ea caſtra ĩꝑfecta circũdant: raroſque per uallũ ꝓpugnatores ſaxis teliſq; onerant. Cũq; iã caſtra irrũpenẽ: Pacuuii primipilaris & Voluſeni tribuni cõſilio cũcti Romani portas erupũt. incautoſq; ſubito aggreſſi hoſtes primũ ꝑturbauerẽt. deinde in fugã uerſos miſerabili ſtrage fuderẽt. nã ãpli9 q̃. xxx. milia barbaroꝝ tunc cæſa referunẽ. Igiẽ Cæſar cum iam pacatas uniuerſas Galloꝝ gentes putaret: ad nouũ & maximũ bellu; retractus

eſt. Nãque dũ Publius Craſſus adoleſcens cũ legiõe ſeptima oceano tenus apud Andegauos hyemat: Venetii cæteriq; confines repẽte ĩ arma coniurant. legatos Romanoꝝ uincũt. eoſque ita demũ ſe reddituros: ſi obſides ſuos recipiant: Romanis indicant: ſocios ſibi ad id bellũ Oſiſſimos. Lexouios. Namnetes. Ambibaritos. Morinos. Diablites. & Menapios aſſciſũt. auxilia quoq; a Britania accerſunt. Cæſar ꝑ Craſſũ de rebellione deditaꝝ gentiũ certior factus q̃uis intelligeret: quanta ineundi belli difficultas eẽt: tamen rẽ tanti negocii non negligendã ẽ ratus: ne cæteris exẽplo eiuſmodi audendi licentia laxaret. Itaque terreſtri prælio ꝑſequi hoſtes fruſtra aggreſſus: quippe cũ hoſtes ꝑ interfuſa ex oceano æſtuaria: atq; inacceſſos receſſus tutis terraꝝ finibus munirẽt: naues lõgas ædificari in Lygere fluuio iubet: ꝑ quẽ in oceanũ deductæ conſtiterũt. Moxque ut ab hoſtibus uiſæ ſunt: cõtinuo. ccxx. naues eoꝝ paratæ atque oĩ genere armoꝝ ĩſtructiſſimæ ꝓgreſſæ portu ex aduerſo ſteterũt. Bruto circũſpiciente imparem longe nauiũ eſſe conflictũ: qa barbaroꝝ naues ſolido robore intextæ: ſaxoꝝ modo adactos roſtrataꝝ ictus retũdebant. Hoc primũ auxilio fuit: quod falces acutiſſimas non ꝑtinaciter contis præfixas: finib⁹ aũt ſubnexas pauerat: qbus cum opus eẽt: apprehenſos eminus rudentes: ſubductis haſtilibus per funẽ falcẽ retrahendo ſucciderent. His celeriter expeditis dirumpi hoſtiliũ antemnarũ armamenta præcepit. Ita antemnis ruentibus complures ilico naues uelut captas ĩmobiles reddidit. Alii hoc ꝑiculo territi: ſuſpenſis uelis qua uẽtus intenderet fugere conati. ceſſante mox uento deſtituti ludibrio fuerẽ Romanis: Itaque incenſis omnibus nauibus: ĩterfectiſq; his qui pugnauerant Galli reliq ſeſe oẽs dediderunt: Sed Cæſar maxime ob iniuriã legatoꝝ: & ut genti ad oĩa conſilia mobili terribilis exempli notã inureret cunctis principibus ꝑ tormenta interfectis reliquos ſub corona uẽdidit Iiſdem diebus Titurius Sabinus Aulercos. Eburones. Luxouioſque q primates ſuos: quod auctores belli reſuſcitandi eẽ nollent: interfecerant eruptione facta incredibili cæde deleuit. Publius uero Craſſus cũ in Aqtaniam ꝑueniſſet: bello exceptus eſt. Nãque ſociato magno eqtatu pedeſtribuſque copiis præualidis Romanos adorti diu grauiter turbauerit. Poſt uicti: atq; in oppidũ ſociati coacti: obſeſſiſque cũ ſe expugnari uiderẽt: armis traditis in deditõ; recepti ſũt. Aqtani clade ꝑmoti undique exercitũ contrahũt. de citeriore quoq; Hiſpania auxilia accerſũt. duces bello maxĩe eos præficiũt: q cũ Sertorio militauerant. Hi omnes dũ obſidionẽ Craſſo parant ĩ caſtris ſuis Craſſo obruente deleti ſũt. Nam ex Aqtanis & Cantabris: quoꝝ. l. M. tunc in auxilium uenerãt. xxxviii. M

cæſa referunt. Cæſar Germanos:q Rhenũ cũ ĩmẽſis copiis trãſmiſerãt:
ſimul & totas Gallias ſubiicere ſibi parabant:bello adortus uſq; ad ĩter
nitionẽ cecidit. Quoꝝ fuiſſe numeꝝ ad.cccc.l.milia ferũt. Tunc Cæſar ĩ
Germaniã facto ponto tranſgredieus Sycambros & Vbios obſidiõe libe
rat.

Hic dicit:qualiter Cæſar Gallias ſubiecit.& tranſiuit in Britãniã.

Veuos maximã & ferociſſimã gentem:quoꝝ eſſe.c.pagos & po
pulos multi ꝑdidere:totamque Germaniã aduentu ſuo terret
moxque in Galliam reſciſſo ponte concedit. Inde ad Morinos
uenit:unde in Britanniã ꝓximus & breuiſſimus tranſitus ẽ. Nauib⁹ cir-
citer onerariis atque actuariis.lxxx.præparatis in Britanniã tranſuehit
Vbi acerba primũ pugna fatigatus:deinde aduerſa tẽpeſtate correptus
plurimam claſſis ptem & non paruam militũ:eqtum uero pene oẽm di-
ſpdit. Regreſſus in Galliam legiões ĩ Hyberna dimiſit.ac.dc.naues utri-
uſque cõmodi fieri imperauit. Quibus iteꝝ in Britanniam primo uere
tranſuectus:dũ ipſe in hoſtẽ cum exercitu pgit:naues in ancoris ſtantes
tẽpeſtatæ correptæ uel colliſæ inter ſe:uel harenis illiſæ ac diſſolutæ ſũt
Ex qbus.xl.pierũnt.cæteræ cũ magna difficultate repatæ ſunt. Cæſaris
equitatus primo cõgreſſu a Britannis uictus: ibique Labienus tribun⁹
occiſus eſt. Secundo prælio cũ magno ſuoꝝ diſcrimĩe uictos Britãnos
in fugam uertit. Inde ad flumen Tameſim ꝓfectus eſt quem uno tantũ
loco uadis tranſmeabilẽ ferunt. In huius ulteriore ripa Caſſouellauno
duce ĩmenſa hoſtiũ multitudo conſederat:ripamque flumĩs ac pene to
tum ſub aqua uadũ acutiſſimis ſudibus pſtruxerat. Quod ubi a roma-
nis deprehenſũ ac uitatũ eſt:barbaræ legiones nõ ferẽtes ſiluis ſeſe abdi-
dere:unde crebris eruptionib⁹ Romanos grauiter ac ſæpe lacerabant. In
terea Trinobantũ firmiſſima ciuitas cũ Androgorio duce datis.xl.obſi
dibus Cæſari ſeſe dedit: Quod exemplũ ſecutæ urbes aliæ cõplures ĩ fœ
dus Romanoꝝ uenerũt.iiſdẽque demonſtrantibus Cæſar oppidũ Caſ
ſouellaunũ inter duas palludes ſitum obtentu inſuper ſiluaꝝ munitũ
oĩbuſque rebus confertiſſimũ tandẽ graui pugna cepit.

Capitulũ reuerſo uidelicet Cæſare a Britannia iteꝝ Galli rebella-
uerũt:& uicti ſunt.

Xin Cæſar a Britannis reuerſus in Galliam poſtquam legiões
in hyberna miſit.repẽtinis belloꝝ tumultib⁹ ũdiq; circũuent⁹

& conflictatus eſt. Nãque Ambiorix cũ Eburonatibus & Atuaticis cõſpitans aĩatus Treuirorum consilio Cottam & Sabinũ legatos apud Eburonas cũ tota funditus legione inſidiis circũuentos ĩterfecit: Ambiorix hac uictoria elatus Atuaticos & Neruios plurimoſque alios raptim in arma contrahit: atque ad Ciceronẽ legatũ qui ſimiliter tũc legioni ĩ hybernis præerat: contendit. Multitudo hoſtiu3 ex hoc colligi potuit: q̃d cum in obſidione caſtrorum uallum circũdandum eſſe a captiuis romanis docerentur: & inſtr̃a ruralia non haberent: gladiis concidendo terram & ſagulis exportando uix tribus horis uallũ pedũ .x. & foſſam pedũ .xv. p milia paſſuũ .xv: ĩ circuitu pfecerũt. Præterea .cxx. turres miræ altitudinis extruxerũt. & cũ ſeptẽ dies nocteſque ſuccidui hoſtiũ cunei pugnarent: ac uentus ſubito plurimus exortus eẽt: teſtas fũdis feruentes intorſere: flãmataque tela focis: ac mox concepto igne rutilantia intra aſtra iecerũt. Quo facto p cuncta culmina raptim uent⁹ inſiſtens ſparſũ aĩauit incendiũ. ſed nec ſic quidem Romani cũ undique obruerent uulnerib⁹: laboribus. uigiliis. ieiuniis. incẽdiiſue ceſſerũt. Tandẽ Cæſari nunciatũ eſt: unam deletã eſſe legionẽ: alterã iam pene confectã. Aduentãte uero cũ duabus legionibus Cæſare deſeruere hoſtes obſidionẽ: atq3 in eũ cũcti raptis copiis ruũt. Cæſar paruiſſimis caſtris cõſulto condidit. equitibuſque præmiſſis: ut fugã fingerent: ĩpetrauit: ut ad trãſitũ uallis quæ media erat: ſibiq3 piculoſa uidebat: hoſtes contẽptu ſui ĩuitaret. Quib⁹ aduentantib⁹ in uper obſtrui portas præcepit. Quo uiſo Galli: quaſi ia3 uiciſſent: ad obducendũ extrinſecus uallo conuerſi ſunt. Cæſar totis repente portis paratũ effudit exercitũ. uerſoſq3 in fugã Gallos uaſtiſſima cæde confecit. Nã .lx. M. fuiſſe tunc referunt: e quibus pauci p paludes ĩuias euaſerũt. Induciomarus Treuirorum princeps magnas armatorum copias habens: poſtq̃ de cõſenſu Galliæ totius certior redditus eſt: Labieni caſtra legionẽque cui is præerat: quod facili fractu arbitrabat: delere ſtatuit. ac deinde Eburonibus Neruiiſque coniũctus ad opprimendũ Cæſarem pgere. Labienus q̃bus põt artibus ſimulat timorẽ: atq3 ita Induciomarum negligentiorẽ cũ inſultantib⁹ copiis p uallo oberrantẽ repentina eruptione pſtrauit. Hac uictoria Labieni reliq̃ Gallorum conatus repreſſi ſũt. & Cæſar paulo q̃etior reliqua pte hyemis fuit. Sed ĩtelligẽs ſibi maiora belli ſupeſſe negocia maxĩe: q̃a plurima pte exercitus amiſſa: aliiſq3 grauiter ſauciis: ne ad ſuſtinendũ q̃dem ſibi idoneos: ne dicã ad comprimendum Gallorum ĩpetum uideret: Gneio Põpeio conſule conſcribi legiones: ſibique in auxiliũ mitti petit. Itaque ante exactã hyemẽ tres ad eũ legiones uenerunt. Igit Cæſar poſtq̃ ĩ unũ hoſtiũ copiæ coirent: ĩeunte

uere aggredi trepidos & opprimere ſparſos in finibus ſuis parat. Primũ itaque Neruiorum fines diripit. prædam uero quæ copioſiſſima erat: exercitui permittit. Deinde Menappos: qui ſibi ꝓpter imenſas paludes atq; ĩpeditiſſimas ſiluas munitiſſimi uidebant: tribus agminibus inuadit: nimiaque cæde uulgo agitato reſiduos ſupplices in deditionẽ recepit. Labienus ſequenti prælio oẽs Treuirorum copias interfecit: arte in bellũ ꝓuocatas: priuſq̃ Germanis aduentantib⁹ iungerent. & continuo ipſa; ciuitatẽ capit. Cæſar ulciſci morte; Sabini & Cottæ legatorum uolẽs i Ambiorigem & Eburones deletæ legiones auctores: poſtq̃ in Arduennã ſiluam refugiſſe cõperit: quæ ſilua totius Galliæ maxima ẽ. atque a ripis Rheni finibuſque Treuirorum ad Neruios uſque ptingit. & in lõgitudĩe plus q̃. l. M. paſſuũ patet: permetiens rem ſui maximi piculi fore: ſi per obſtructas ſpatioſaſque ſiluas ignoti diuiderent. hoſtẽque locis notiſſimũ quærerent: oẽm Galliã p nũcios inuitat: ut quique ſm placitũ ſuu; reconditas in Arduenna ſilua prædas quærant. diripiantq;. Quo facto Gallis utrique morientibus maximas romanorum ĩiurias ſine cuiuſq̃ Romani diſcrimine uindicauit. Ita hoc tutiſſimo uincendi genere ſecur⁹ in Italiam rediit. Igit Cæſare in Italiam reuerſo Gallia rurſus in arma cõiurat: multique ſimul populi coeũt. Dux his Vergentorix fuit: cui⁹ cõſilio ſtatim oẽs Galli ciuitates ſuas ultro incenderũt. prima a ſuis incenſa Biturigo. Inde ad Cæſarem q magnis itineribus per Narbonenſem ꝓuinciam clam ad exercitũ recurrerat: ĩpetũ faciũt. Cæſar tũc oppidũ nomine Cenapũ obſidione concluſerat: Quod diu oppugnatũ tãdẽ poſt multas romanorum clades pluuio die cũ hoſtilium machinarum augmẽta: Neruiique elanguerent: applicitis turribus captũ atque deletũ ẽ. xl. ibi hoĩum. M. fuiſſe referunt: e quibus uix. lxxx. per fugam lapſi ad ꝓxima Gallorum caſtra uenerũt. Præterea Aruerni cæterique cõfines ſollicitatis etiam ad ſe Heduis multis aduerſus Cæſarẽ præliis bellauerũt: Qui cũ ſe pugnando fatigati in quoddã caſtellũ recepiſſent: milites prædæ inhiantes ad expugnationem oppidi animũ intendũt: fruſtra Cæſare de loci iniquitate cauſante. Itaque ibi Cæſar erũpentibus deſup hoſtibus preſſus multa exercitus ſui pte perdita uictus aufugit. Dum hæc ad Chaieſtam geruntur. Vergentorix: quẽ omnes conſenſu pari regem præoptauerant ſuadet: uti ex tota Gallia oẽs: qui arma ferre poſſent: huic bello præſto ſint. Hoc enim eſſe unum bellum: quo aut perpetua libertas aut æterna ſeruitus: aut mors oĩum conſequatur. Itaque abſq; eo numero quem infinitum ante contraxerat: equitum circiter octo. M. peditũ. ccl. M. contracta ſunt. De hinc duo colles ſibi ĩuicẽ obuerſos rõani galliq;

ceperũt. Vnde multis ſæpe et nptionibus & uariis ꝓuentibus præliãtes tandem romani præcipua Germanoꝝ equitũ: quos ſibi iam dudũ aĩcos nũc in auxiliũ acciuerant uirtute uicerũt. Vergentorix alia die congregatis oĩbus qui fuga euaſerant: dixit ſe auctorẽ bona fide defendẽdæ libertatis atque rũpendi fœderis fuiſſe: & nũc ſiue romanis ſeſe ad mortẽ oẽs offerant: ſiue ſolum ꝓ oĩbus dedant: paratũ animo fore. Itaqꝫ Galli uoluntatẽ: quam pudore aliq̃diu texerant: quaſi ex conſilio regis aſſumerent: ilico ſibi ueniam precantes: eũ ſolũ uelut auctorem magni ſceleris dediderũt. Bellouagi oĩbus finibus Galloꝝ gentis ipſoꝝ opĩone fortiores habebant. Ii Chorreo duce bellũ inſtaurãt. ſibique in hãc ſuſcepti belli ſocietatem Ambianos Aulercos Velocaſſes Athrabiteſqꝫ coniungũt. & locũ quendã cinctũ atque ĩpeditũ undiqꝫ paludibꝰ capiunt. cõmiſſoque prælio magnam remoꝝ manum: quæ auxilio romanis erat trucidant. Deinde cuꝫ opportunũ ſibi locũ inſidiis ꝓuiſũ occupaſſent atque hoc cõperto romani ad inſidiaꝝ locũ inſtructi ordinatique ueniſſent: cõmiſſo prælio Gallos fugientes eiſdem locoꝝ munitionibꝰ quibꝰ clauſi fuerant: incluſerũt. cũctoſque ad internitionẽ ceciderũt. Ibi Chorreus uel fugam uel deditionẽ detrectans romanos: ne uiuus caperet inſtanter ocridendo: ut occideret: coegit. Igitur cũ pacatã eſſe uniuerſam Galliam Cæſar neque auſurã fore ad aliquos aſpirare motus arbitraret legiones in hyberna dimiſit. ipſe tamen Ambiorigis fines q tot bella excitauerant: horrenda hoĩum ſtrage uaſtauir. At uero Gaius Caniniꝰ legatus bellũ apud Pictonas ĩuenit: ubi magna hoſtiũ multitudo impeditam itinere legionẽ circũdedit. atqꝫ ad exrremũ diſcrimẽ adduxit. Porro Fabius alter legatus acceptis Caninii litteris in Pictonas ꝓficiſcitur. Ibique a captiuis de opportunitate locoꝝ certior factus inopinantes hoſtes opprimit. magniſqꝫ ſtragibus factis plurimas prædas agit. Deinde cũ Caninio ſignũ aduentꝰ ſui dediſſet: Caninius totis caſtris ſubito exiliens ſeſe iniecit hoſti. Ita Fabio ex alia pte & Caninio ex altera inſiſtẽte maximo & diuturno bello ĩnumeræ galloꝝ copiæ trucidatæ ſunt. Inde Fabiꝰ in Carnutes ꝓfectus ẽ. Sciebat. n. Dommacũ ducẽ antiquiſſimuꝫ rebellionis totiꝰ incentorẽ ab hoc bello elapſũ: ſi Aremoricis gentibꝰ adiunctus eſſet: maximos iteꝝ tumultus in Gallia eſſe motuꝝ: ſed adhuc eos ipſa nouitate trepidantes mira uirtute & celeritate perdomuit. Interea Draptes unaque Literius cũ adeſſe Caniniũ & legiones eſſe in finibꝰ ſuis uiderent: undiqꝫ collectis copiis oppidũ intrant quod in editiſſima montis arce pendẽs duabꝰ ptibus p abrupta latera nõ puo flumine cĩgebat. medio deinde deſcenſu largiſſimo fonte ſecuꝝ plurimaqꝫ introrſuꝫ

copia frumenti tutũ irritos ꝓcul diſcurſus hoſtium deſpiciebat. Caninius quod ſolum romana ꝓuiſione potuit:ãbos duces cũ parte copiaꝝ plurima in campũ euocatos maximo prælio ſupauit. Nã uno e ducib⁹ interfecto alter cum pauciſſimis fugit. Nullus in oppidũ rediit.ſ3 ad id oppugnandũ Cæſare opus fuit:Itaque certior p nuntios factus Cæſar accurrit:circũſpectiſque oĩbus:uidet:ſi expugnarẽ ui moliatur:ludo & ſpectaculo hoſtiũ delendũ eſſe exercitum ſuũ.hoc ſolum eſſe præſidiũ ſi quoqũo modo hoſtes aqua arceãt.Sed & hoc quoque niſi Cæſar nemo potuiſſet.ſiqdem fons quo ad potũ utebantur:medio deuexi mõtis latere fundebatur.Cæſar ad ꝓximum fontis admoueri uineas: turrẽq3 extrui iubet:fit magn⁹ ilico cõcurſus ex oppido.Quib⁹ ſine piculo præliantibus Romani q̃uis ptinaciter obſiſterent:crebriuſq3 ſuccederẽt:cõplures tamen trucidanẽ.Igitur extruitur agger & turris pedu3.lx. cui⁹ uertex æquare ad fontis locum poſſet:ut uel ex æquo tela coniici queãt uel præcipitata deſup ſaxoꝝ uolumina nõ timeri.Oppidani autem ubi examinari ſiti nõ ſolũ pecora ſua:ueꝝ etiam infirmiores hoĩum ætates uident:cupas pice ſeuo & ſcindulis repletas:ac deinde ĩmiſſo igne ĩ ꝓna præcipitant.eaſque ipſi toto oppido effuſi ſubſequũẽ.Ardentib⁹ machinis cũ graue præliũ ſuis Cæſar ac piculoſum uideret ĩminere:cohortes in circuitu oppidi ire uelociter p occultũ ĩpat atq3 undiq3 ſubito uaſtũ clamorẽ attollere.Quo facto cõſternati oppidani:dũ recurrere ad muniendũ oppidũ uolunt:ab oppugnatõe turris uel demolitione aggeris receſſerunt.Illi tamen q ad incidendas fontis uenas ſub obtẽtu aggeris tuti cuniculos pfodiebant:reptos in abſtruſo aquaꝝ meatus p multa diuidendo tenuari in ſemetipſis.cõſumique fecerũt.Oppidani fonte ſiccato ultima deſpatione correpti deditionẽ ſui faciũt. Cæſar aũt oĩb⁹ q arma tulerãt manus ſuſtulit.& uitã reliqt:quo teſtatior eẽt & poſteris pœna improboꝝ.Multum enĩ ad coercendam audaciam ualet ꝓpoſitu3 punitionis exemplũ:cum ipſa miſeri præſens forma uiuentis & ad recordationem admonet couſcios & ad ſciſcitationem cogit ignaros.

Hic dicit:quomodo Galli exhauſti & domiti ſunt.

Xhauſtis atque edomitis Gallis Cæſar ſecurus cũ legionib⁹ in Italiam rediit: nullos poſt ſe Galloꝝ motus ptimeſcẽs:certo ſe ſciens minime aliquos:qui uel moueri audeant:uel ſi moueãẽ: timendi ſunt reliquiſſe.conſtitui nunc ante oculos uelim exanguem defœtamque Galliam poſt illas ardẽtiſſimas febres internoſq3 æſt⁹ uitaliũ

molliora torrentes:ut ſeſe habeat:quanta macie:quantoq; pallore ſit:q̃ demiſſa ac reſoluta iaceat:q̃ ipſos quoque neceſſarii officii motus ne eũdem incurſum maloꝝ reuocent:pertimeſcat. Irruit enim in eam repentino impetu Romanus exercitus:ueluti fortiſſimo corpori fortior lues: quæ tanto grauius accenditur:quanto ĩpatiẽtius toleratur. Sitiebat miſera:cum inſtante gladio ꝓfiteri ſponſionem ſeruitutis æternæ auulſis inſuper obſidibus cogeretur. Sitiebat:ut dixi:notam illam oĩbuſq; ſuauiſſimã uelut aquæ gelidæ dulcedinẽ libertatis. quantoq; eã magis ſubtrahi intelligebat:tanto auidiꝰ deſiderabat. Hinc illam tam frequens cõtra uetita præſumptio ĩuadebat. & ꝓ defendenda libertate ĩportũa libertas:præreptaque inſatiabiliter potiundi licentia:quod male conceptam ꝑniciem reſtringere uidebať:augebat. Hinc romanꝰ exercitꝰ ante pugnã inſidiator argutior. hic in pugna hoſtis infeſtior. hic poſt pugnã uictor ĩmitior. hinc oĩa ad domandã ĩpatientiam crudeſcẽtia. hinc iaȝ nec remediis credebať. Itaque ſi interrogare poſſem hanc:de qua loqmur natiõȝ: quid tunc:cum hæc ipſa ſuſtinebat:de illis tp̃ibus iudicaret:reſpõderet: ut arbitror:dicens. Sic me illa tunc febris exanguẽ reddidit ac frigidã fecit:ut etiam hæc:quæ oẽs pene perſtrinxit:feruefacere uel cõmouere nequiuerit. atque ita me Romani inclinauerunt:ut nec ad Gotos ſurgam. Sed ne ipſa q̃dem Roma clades quas intulit:euitauit. Exercitæ nãq; diu actæque ſunt ꝑ totos mundi cardines potentiæ ducũ:uireſq; legionuȝ: quæ in ſeſe cõcurrentes ciꝰ damno uincerent:cuius ꝑiculo uincerẽtur.

Victorem ſcilicet a Gallia Cæſarem reuerſũ ciuilia bella ſequũť: & Craſſus conſul ꝓuintiam ſortitus eſt in Parthos

Am uictorem Ceſarẽ de Gallia reuerſuȝ ciuilia bella comitata ſunt. aliaque grauiſſima mala. interfecti apud Parthos Craſſi & trucidati exercitꝰ preceſſerũt. Anno ab urbe cõdita. dc. lxxxxvii. Craſſus in cõſulatu collega Põpeii ꝓuintiam ſortitus ĩ Parthos: hõ inexplebilis cupiditatis:audita in Hieroſolymis tẽpli opulentia: quam Pompeius intactam reliquerat:in Paleſtinam diuertit. Hieroſolymam adit. templũ ĩuadit. opes diripit. Inde ꝑ Meſopotamiam tẽdẽs ĩ Parthiã quacunque iter habuit ſociis ciuitatibus auxilia indixit. precia exegit. moxque ut Euphratẽ tranſiit:ilico Abegeſen legatum ab Herode rege Parthoꝝ ad ſe miſſum obuiũ habuit:a quo uehemẽter increpitꝰ eſt: q̃d cõtra fœdus Luculli & Põpeii auaritia ĩductꝰ Euphratẽ trãſierit. Quã obrẽ ſine mora futuꝝ:ut ꝓ auro Parthico Serico ferro onerareť. Itaq;

cũ ꝓpe Caras uentũ eſſet. Parthi ſubito ingruẽtes cũ Surena & Sylacea præfectis: ſagittis oppreſſerẽ romanos. Cecidere ibi plurimi ſenatores. ali qui etiã conſulares & prætorii uiri. Craſſus quoque fili⁹ Craſſi lectiſſi mus iuuenis in acie occiſus ẽ. Præterea quatuor cohortes cũ Vargũteio legato mediis deprehenſæ cãpis interfectæ ſunt. Surenas rapto equitatu Craſſum ꝑſeq intendit. eũque circũuentũ ac fruſtra colloquiũ eius pe tentẽ interfecit: q̃uis uiuũ auferre maluiſſet. Pauci noctis beneficio libe rati Caras confugerũt. cognita clade Romanoꝝ multæ orientis ꝓuĩciæ a ſocietate & fide populi Romani defeciſſent: ni caſſius collectis ex fuga militibus paucis intumeſcẽtẽ Syriam egregia animi uirtute ac modera tione preſſiſſet: Qui & Antiochum copiaſque eius ingẽtes prælio uicit. & interfecit. Parthos quoq; ab Herode in Syriã miſſos: iamque ĩgreſſus Antiochiam bello expulit. ducẽque eoꝝ Oſagen interfecit.

Narraẽ hic de Romano exercitu. qualiter ut ocean⁹ creſcit & minuiẽ

Gitur Romãi ſtatus agitur ſp alterna mutatio. & uelut forma oceani maris: quæ oĩ die diſpar nunc ſucciduis per ſeptem dies attolliẽ incrementis: nunc conſequentibus totidẽ diebus natu rali dãno & defectu interiore ſubducitur. Vt eni; de ꝓximis ordiar: cim bris Tiguriniſque uincentibus: cum apud Rhodanum flumen roman⁹ exercitus periit: & artiſſimas Roma ſenſit anguſtias: refuſa cõtinuo cla de cimbroꝝ magis elata prouentibus prioꝝ oblita defectuum ẽ. Hãc de inde recentiſſimæ proſperitatis iactantiam Italicum bellum & dilacera tio ſyllana caſtigat. Rurſus poſt hanc domeſticã inteſtinamque ꝑniciẽ qua uſque ad medullas pene euiſcerata & exeſa eſt: paribus ꝓpe modu; ſpatiis tempoꝝ non ſolum reparata ueꝝ etiam extenta eſt: cum Lucull⁹ Aſiam: Pompeius Hiſpaniam: cæſar Galliam perdomuit. Romanũque imperiũ uſque ad extremos propemodum terræ terminos propagatu; eſt. Hanc nunc ampliſſimam dilatationem uaſtiſſima ruina conſequiẽ. Apud Parthos enim conſul romanus occiditur. exercituſque deletur. atrociſſimum illud Pompeii & cæſaris bellum ciuile conſcribitur. & in ter hæc Roma ipſa repentino correpta incendio concrematur. Anno ſi quidem ab urbe condita. dcc. incertum unde concretus plurima; partis urbem ignis ĩuaſit. neque unquam antea tanto correptam ac uaſtatam ciuitatẽ ferũt. Nam. xiiii. uicos cũ uico iugario cõſumptos memoriæ ꝓ ditũ eſt. Hic iam ciuile bellũ cõmittitur: quod magnis iam dudũ diſſen ſionibus ac molitionibus parabatur.

Hic de bello ciuili dicit inter Cæſarē & Pompeiū: & de incendio urbis.

Am rediens cæſar uictor de Gallia decerni ſibi abſenti alteꝝ cō ſulatum popoſcit. Contradictum eſt a Marcello conſule adni tente Pompeio. deinde decretū eſt a ſenatu: ut ī urbē Cæſar nō niſi dimiſſo exercitu ueniret. & ex Marcelli conſulis auctoritate ad legi ones quæ apud Nuceriam erant Pōpeius cū īperio miſſus ē. Cæſar Ra uennam ſeſe contulit. Marcus Antonius & Publius caſſius tribuni ple bis ꝓ cæſare intercedētes: intercedente Lentulo cōſule curia foroque ꝓ hibiti ad cæſarē ꝑfecti ſunt. curione cœlioque ſimul comitantibus. Cæ ſar Rubicone flumine tranſmeato mox ut Ariminuꝫ uenit. v. cohortes: quas tunc ſolas habebat: cū qbus ut ait Liuius: orbem terraꝝ adort⁹ ē: quid facto opus eſſet edocuit. Deplorans aūt iniurias ſuas cauſam belli ciuilis ꝓ reſtituendis in patriam tribunis eſſe teſtatus ē. Inde pAntoniū ſeptem cohortes: quæ apud Salonē morabant a Lucretio recepit: treſqꝫ legiones: quæ Domitio apud Corphiniū erant ad partes ſuas traduxit. Pōpeius atque oīs ſenatus creſcentib⁹ Cæſaris uiribus trepidi: tanquaꝫ Italia pulſi: in Græciā tranſuecti Durachiū gerendi belli ſedē delegerūt Cæſar Romam uenit. negatāque ſibi ex ærario pecuniam fractis forib⁹ īuaſit: protulitque ex eo auri pondera. iiii. M. cxxxv. argenti pondera ꝓ pe. dcccc. M. Inde digreſſus Ariminū ad legiones mox alpes trāſuectus Maſſiliam uenit: ad quam oppugnandā quod receptus nō eſſet. Trebo niū cū tribus legionibus relinquens ad Hiſpanias cōtendit: quas Luci⁹ Afranius & Marcus Petreius & Marcus Varro Pompeiani duces cum legionibus obtinebant. Ibi multis prœliis Petreiū Afranniumqꝫ ſupera tos cōpoſita pactione dimiſit. In ulteriore uero Hiſpania duas legiones a Marco Varrone ſuſcepit. ſimiliter & duces eius. Poſt hæc Curio Ca tonem Sicilia expulit. Valerius Cottam Sardinia. Tuberoneꝫ Aphrica Varrus eiecit. Cæſar Maſſiliam rediens obſidione domitā uita tantuꝫ & libertate conceſſa cæteris rebus abraſit. At uero Dolobella ex pte Cæſa ris in Illyrico per Octauiū & Libonem uictus: copiiſqꝫ exut⁹ ad Anto nium fugit. Baſilius & Saluſti⁹ parantes ſingulas legiōes: qbus præerāt ſimiliter & Antonius. Hortenſius quoqꝫ ab īfimo mari cū claſſe cōcur rens: oēs pariter aduerſus Octauiū & Libonē ꝑfecti & uicti ſunt. Anto nius cū ſe Octauio cū. xv. cohortibus dediſſet: oēs ad Pōpeiū a Libone deducti ſunt. Curio ex Sicilia ī Aphricā cū exercitu trāſgreſſus ē. Quē Iuba rex continuo exceptū cū oībus copiis trucidauit. Octauius Salo nas oppugnare conatus omnes pene copias quas duxit: amiſit. Cœli⁹ de

ſciuit a Cæſare.ac ſe Miloni exuli iunxit. Cunque ambo ſeruorū manu Capuā oppugnare molirenť:occiſi ſunt. Bibulus apud Corcyrā pudore uictus:quod cuſtodiæ eiꝰ quam pelago & oppido prætēdebat hoſtis illuſerat:media ſeſe uigiliiſque cōfecit. Appius Claudiꝰ Cenſorinꝰ:qui iuſſu Pōpeii Græciam tuebatur:iam abolitam poetici oraculi fidē uoluit expiri. Quippe ab eo uates adactus deſcendere in ſpecū reſpōdiſſe ferť de bello conſulenti. Nihil ad te hoc Romane bellū ptinet. Euboeæ cœla obtinebis. Cœla aūt uocant Euboicū ſinū. Ita Appius perplexa incertꝰ ſorte diſceſſit. Admonet nos aliquid obtrectatoribus noſtris conſultor iſte cōſulere. Querebantur utique fide chriſtianoꝝ ſibi ſacra interdicta cerimoniaſque ſublatas:& ob hoc ideo maxime:quod extis uaticiniiſqꝫ ceſſantibus futuræ clades qa ſciri nequeūt:nō uitanť. Cur ergo lōge āte īperiū Cæſaris natiuitatēqꝫ chriſti:ſicut ipſoꝝ auctores atteſtanť: abolita fuerit poetici oraculi fides? abolita aūt ideo:qa contēpta. porro aūt quare contēpta? niſi qa uel falſa:uel uana:uel dubia. Vnde prudenter poeta præmonuit. incōſulti abeūt ſedēque odere Sibyllæ. & ne forte id paruipendant:quod contēptu abolitū atqꝫ antiquatū fuit:hoc ē aut nomen:aut ſedē: Appollo ille Phythius erat:quē ferūt magno ilio Phytone ſerpente interfecto:totiꝰ uaticinatōis auctore & principe:heredē & ſedis & dīnationis & nōis extitiſſe. ibique eū reddere elegiſſe reſponſa. ubi orta cū auctore ipſa dīnatio uidebatur. Præterea quæ p alias quoqꝫ terraꝝ partes ſpumantibus buccis:rabidoqꝫ diſcurſu oīs furiatoꝝ ructat inſania:ad quem plurimi terraꝝ reges:quaſi ad uiuam uocē cōſulti numinis cucurrerūt:cui ſæpiſſime ipſi Romani quoqꝫ opulētiſſima dona miſerūt. At ſi Apollo iſte Phythius paulatim diſcernēte expientia contēptus relictus atque abolitus ē:qd uiuū de mortua pecude:qd ueꝝ de amente muliercula ſpari pōt? Quid poſtremo:inflauit cū pinguis ebur Tyrrhenꝰ ad aras:expoſitis opimæ pecudis inteſtinis nō finxit eſuriēs? nā ſicut ipſi fatentur:uel obſcura uel falſa dicendo ipſe Apollo ſeducit Quā ob rē æquo aīo ferant:ſi imitari interī nolunt:nos id ueritatis iudicio & ꝓhibere:quod potuerūt maiores eoꝝ uel expiendo contēnere. Interea apud Durachiū multi orientis reges ad Pompeiū cū auxiliis conuenerunt. Quo cum Cæſar ueniſſet: Pompeiū obſidione fruſtra cinxit: ipſe terrā. xv. M. paſſuū foſſa præſtruens:cū illi maria paterent: Pōpeiꝰ caſtellū quoddā ꝓpinquū mari:quod Marcellinus tuebať:euertit: præſidiaque Cæſaris:quæ ibidē morabanť:occidit. Cæſar Torquatū legioneqꝫ unā:ut expugnaret:aggreſſus ē. Hoc piculo ſocioꝝ Pōpeiꝰ cognito:oēs eo copias cōtraxit:in quē ſe ilico Cæſar omiſſa obſidiōe cōuertit

Torquatus aũt e ueſtigio ꝓrũpens auerſũ inſecutus eſt. Ita Cæſaris milites ancipiti piculo territi ipſo Cæſare fruſtra obſiſtente fugerũt. Põpei⁹ uero cæſaris quoque teſtimonio uictor pſequentẽ reuocauit exercitũ. xxiiii. M. militũ cæſaris. centuriones. xxxii. eqteſque Romani complures in eo prælio cæſi ſunt. cæſar inde citato agmine p Epiꝝ in Theſſaliam ptexit. Põpeius uero cum maximis copiis ſecut⁹. bellũq3 cõmiſſũ3 eſt. Itaque inſtruiſ utrinque acies. Pompeius. lxxxviii. cohortes triplici ordine locauit. Fuerunt aũt peditum. xl. M. eqtes in ſiniſtro cornu. dc. ĩ dextro. d. Præterea reges multi: ſenatores: equiteſque Romani plurimi. abſque leuiũ armaturaꝝ magna copia. ceſar ſimiliter. lxxx. cohortes triplici ordine diſpoſuit: cui fuerunt minus q̃. xxx. M. peditum. eqtes. M. Videre ibi & gemere erat contractas Romanoꝝ uires in campis Pharſalicis ad occiſionẽ mutuam conſtitiſſe: quas ſi cõcordia rexiſſet: nulli populi: nulli reges ferre potuiſſent. Prima congreſſione equitatus Põpeii pulſus ſiniſtra latera nudauit. Deinde cum diu utrinque dubia ſorte cæderenſ: atq3 ex alia parte Põpeius inter hortandum diceret. parcite ciuibus nec tamen faceret. ex alia uero Cæſar hoc faceret: quod urgeret: dicens. miles faciẽ feri. parce ciuibus. tandẽ uniuerſus Põpeii fugit exercitus: caſtraque direpta ſunt. Cæſa ſunt in eo prælio põpeianoꝝ. xv. M. cẽturiones. xxxiii. Hic exitus pugnæ ad Paleopharſalũ fuit. Põpeius fugiens in hoſtio penei amnis onerariã nauã nactus in Aſiam tranſiit. Inde p Syꝝ in Aegyptũ uenit: ibiq3 mox ut litus attigit iuſſu ptolemæi adoleſcentis in gratiã Cæſaris uictoris occiſus ẽ. Põpeii uxor filiique fugerũt. Cætera põpeiana claſſis direpta ẽ. oĩbus q in ea erant crudeliſſime trucidatis. ibiq3 & Pompei⁹ Bithynicus occiſus ẽ. Lẽtulus uero uir conſularis apud Peluſiũ interfectus ẽ. Cæſar cõpoſitis apud Theſſaliã rebus Alexãdriã uenit: platoq3 ad ſe ac uiſo Põpeii capite anuloq3 fleuit. Cũque ſe in regiã recepiſſet: eludebaſ a tutoribus: quomin⁹ pecuniã acciperet: tẽpla ſua aſtu ſpoliantibus: ut & regios theſauros uacuos eẽ oſtẽderent. & in ĩuidiã Cæſaris populũ concitarenſ. Præterea Achillas dux regius: ĩbutus ſemel Põpeii ſanguine: Cæſaris quoq3 necẽ meditabaſ. Nã iuſſus exercitũ dimittere cui præerat. xx. M. armatoꝝ nõ modo ſpreuit ĩperiũ: ueꝝ & aciẽ direxit. In ipſa prælio regia claſſis forte ſubducta iubeſ incẽdi. Ea flãma cũ parte quoque urbis ĩuaſiſſet. cccc. M. librorũ ꝓximis forte ædibus condita exuſſit: ſingulare ꝑfecto monumentũ ſtudii: curæq3 maioꝝ: qui tot tantaq3 illuſtriũ ĩgenioꝝ opa cõgeſſerãt. ũde quãlibet hodie: quæ in tẽplis extant: quæ & nos uidim⁹ armaria librorũ quib⁹ direptis exinanita ea a noſtris hoibus nr̃iſq3 tpibus memorẽtur:

otbera gbupa

quod quidem ue℞ ẽ:tamen honeſtius creditur:libros alios fuiſſe queſi tos.qui priſtinas ſtudio℞ curas æmularentur:q̃ aliam ullam fuiſſe tũc bibliothecã:quæ extra.cccc.M.libro℞ fuiſſe:ac per hoc euaſiſſe credat. Cæſar poſtea inſulam ubi Pharus eſt:cepit.Eo Achillas cum Gabinia nis militibus uenit.ingens pugna commiſſa eſt.magna ibi Cæſariano℞ militum multitudo cecidit.omnes etiam interfectores Pompeii interfe cti ſunt.Cæſar ui inſiſtentium hoſtium preſſus ſcapham aſcendit:qua mox pondere ſubſequentium grauata ac merſa per.cc.paſſus ad nauẽ una manu eleuata:qua chartas tenebat natando puenit.mox nauali cer tamine pulſatus magna facilitate claſſem regiam depreſſit & cepit.

Petentibus Alexandrinis regem reddidit Cæſar.

Lexandrinis petentibus regem reddidit:monitũ:ut magis ami citiam Romanam:quam arma experiri ſtuderet:qui tamẽ ut liber fuit:ilico bellum intulit.ſed continuo cum toto exercitu ſuo & ipſe deletus eſt.Nam.xx.M hominum in eo bello cæſa referũtur xii.M.cum.lxx.longis nauibus dedita.v.naues ex uictoribus cecidiſſe referuntur.Rex ipſe adoleſcens ſcapha exceptus ut fugeret:multis inſi lientibus merſis necatuſque eſt. Corpus eius ad littus deuolutum ĩdi cio loricæ aureæ cognitum fuit:Qua Cæſar Alexandriam præmiſſa ale xandrinos omnes ad deditionem deſperatione compulit.regnumq; Ae gypti Cleopatre dedit.Inde Syriam peruagatus pharnacem ĩ ponto ui cit.Poſtea quam Romam uenit:dictator & conſul creatus in Aphricã tranſiit.& apud Tapſum cum Iuba & Scipione pugnauit.maximamq; hominũ multitudinem ibi interfecit:Caſtra utriuſque direpta ſunt.lx. elephanti capti.Cato ſeſe apud Vticam occidit.Iuba percuſſori iugulũ præcio dato præbuit.Petreius eodem ſe gladio perfodit.Scipio in naui: qua ad Hiſpanias fugere contendens uento coactus in Aphricam redie rat:ſemetipſum iugulauit.in eadẽ naui etiam Titus Torquat⁹ occiſus eſt.Cæſar Pompeii magni nepotes:filiãque Pompeiã:ſimulque cũ his Fauſtum Syllam & Afranniũ & Petreiũ filium iuſſit occidi. Inde qua tuor triũphis urbem ingreſſus:diſpoſito:recupatoq; rei publicæ ſtatu cõtinuo in Hiſpanias contra põpeios põpeii filios ꝓfect⁹.xvii.quã egreſ ſus ab urbe fuerat:die Saguntũ peruenit.ſtatimq; aduerſus pompeios duos & Labienũ atque Actium Varũ multa bella & uaria ſorte geſſit. Vltimum bellũ apud Mundam urbem geſtum eſt. Vbi tantis ẽ uirib⁹ dimicatũ.tantaq; cædes acta:ut Cæſar quoq; ueteranis etiã ſuis cedere

non erubeſcentibus cū cædi cogique aciem ſuā cerneret: præuenire mor te futuꝝ uicti dedecus cogitarit: cū ſubito uerſus in fugam Pompeioꝝ ceſſit exercit⁹. Et qdem eo die hoc bellū actuꝫ eſt: quo Pompeius pater ab urbe bellū geſturus aufugerat. iiii. que annis hoc ciuile bellū īdeſinē ter toto orbe tonuit. Titus Labienus & Actius Varus in acie cæſi ſunt. Gneus Pompeius cum. c. equitibus aufugit. frater eius Sextus Pōpeius contracta celeriter non parua Luſitanoꝝ manu cū Cæſonio congreſſus eſt uictus. fugienſque interfectus eſt. Mūda ciuitas cum īmenſa hominum cæde Cæſare oppugnante uix capta eſt.

Qualiter in curia a ſenatu interfectus ſit Cæſar.

Aeſar Romam rediit. ubi dum rei publicæ ſtatum contra exēpla maioꝝ clementer inſtaurat: auctorib⁹ Bruto & Caſſio: Conſcio etiam ſenatu plurimo in curia. xxiiii. uulneribus cōfoſſus interiit: In qua coniuratione fuiſſe amplius q̄. lx. conſcios ferunt. Duo Bruti & Gaius Caſſius aliique ſocii ſtrictis pugionibus in capitoliū ſeceſſerunt. Diu deliberatū eſt utꝝ capitolium cū auctoribus cædis oporteret incendi. Corpus enim raptū populus dolore inſtimulatus in foro fragmentis tribunaliū ac ſubſelioꝝ cremauit. Percenſuit latitudinem regni ſui Roma cladibus ſuis. atque in ſuaꝫ conuerſa cædē ſingulas quaſque gentes ibidem: ubi domuit: uindicauit. Aſiæ Europæ atque Aphricæ non dico tribus mūdi partibus: ſed totis trium partium angulis edidit gladiatores ſuos. feriatiſque inimicis ſpectaculū miſeræ ultionis ingeſſit. Nec tamen ſufficit ipſas quoque cū auctoribus cauſas fuiſſe conſumptas: recidiua ſemina in eodem agro germinauerūt: magna cōtinuo metentibus maloꝝ incrementa cum magno ſudore factura. Victor ciuilis belli a ciuibus Cæſar occiditur. in cædem unius trahūtur agmina cōſcioꝝ. Certum enim erat: quod Cæſar indigne peremptus plures poſſet habere ultores. Plurima nobilitas una ſimul catena ſceleris copulatͬ: ne forte tanta maloꝝ materia nō belli magnitudine ſuppleatͬ: ſed uindictæ breuitate tenueͬ. Medeam illam fabulæ ferunt dentes quōdā ſeuiſſe ſerpentis: e qbus quaſi cōpetentes ſemini ſeges armati hoīes terra emerſert ſeſeque mox inuicē pugnando ꝓſtrauerūt. Equidem hoc poetaꝝ commenta finxerūt. Noſtra aūt Roma Cæſare occiſo quanta de cinerib⁹ ei⁹ agmina armata parturiit: quāta bella in teſtimoniū miſeræ fœcūditatis nō legenda pueris: ſed ſpectāda populis excitauit. & tamen hoꝝ omniuꝫ maloꝝ initiū ſupbia ē. Inde ſurrexerūt bella ciuilia. inde iteꝝ pullularͭ.

Non ergo iniuſta cædes eſt eoꝝ:q eam iniuſte inſectantur:ſi ābitiōis æmulatio per ipſos & in ipſis & agitur & punitur:donec q detractauere collegiū diſcāt ferre dominatū. ſūmaque impii totius ad unū redacta longe aliud oēs homines uiuendi genus ſubeant:ut oēs humiliter placere ſtudeant nō inſolēter offendere. ſed ad tam ſalubrē hūilitatis doctrinā magiſtro opus eſt. Itaq; opportune cōpoſitis rebus Auguſti Cæſaris tēpibus natus eſt dominus chriſtus:q cū in forma dei eēt formam ſerui humiliter aſſūpſit:ut tunc demū aptior fieret humilitatis inſtitutio: quando iam per totum mundū pœna ſupbiæ omnibus eſſet exemplo.

De potentia & uirtute Auguſti Cæſaris.

Nno ab urbe condita.dccx.interfecto Iulio Cæſare Octauianus qui teſtamento Iulii cæſaris auūculi & hæreditatem & nomen aſſumpſerat: idemque qui poſtea rerū potitus Auguſtus eſt dictus:ſimul ut Romam adoleſcens admodū uenit:indolem ſua; bellis ciuilibus nouit. Nam ut breuiter coaceruationem maloꝝ explicem: bella ciuilia qnque geſſit:Mutinenſe:Philippenſe:Peruſinū:Siculū:Actiacum. E quibus duo:hoc eſt primū & nouiſſimū aduerſus Marcu; Antonium. ſecundum aduerſus Brutum & Caſſium. tertiu; aduerſus Lucium Antoniū. quartum aduerſus Sextum Pompeiū Gnei Pōpeii filiū confecit. Antonius a ſenatu hoſtis pronunciatus Decium Brutū apud Mutinam obſidione concluſerat. conſules Hircius & Panſa:& cum his cæſar ad liberandum Deciū Brutum expugnandūque Antoniu; miſſi. Panſa primo ueniens exceptis inſidiis inter ſuoꝝ clades ipſe quoq; pilo grauiter uulneratus ab eodē uulnere interpoſitis diebus ē mortuus. Hircius auxiliū collegæ ferēs magnas Antonii copias uaſta ſtrage deleuit. cæſar eatenus caſtra cuſtodiuit. Secunda illa aduerſū Antoniū pugna: magnæ utrinque ſtrages actæ ſunt. Nanque tunc ibi Hircius conſul occiſus eſt. uictus fuit Antonius. cæſar uictoria potitus eſt. cui Decius Brutus de coniuratione occiſi Iulii cæſaris confeſſus preces pœnitentiæ fudit. Dolobella Trebonium unum ex interfectoribus cæſaris Smyrnæ interfecit. Dolobellam ſenatus hoſtem pronunciauit. conſilium occiſoꝝ uterque exercitus cæſari paruit. Poſtea Decius Brutus in Gallia a ſequanis captus & occiſus eſt. Baſilius aūt æque unus de percuſſoribus māu ſeruorum ſuoꝝ necatus eſt. Lepido ſatis agente cæſar Antoniū recepit in gratiā. atq; ob fidē reconciliatæ gratiæ filiū eius matrimonio ſortitus eſt. Inde cū ad urbē acceſſiſſent:ac rumor de futura ꝓſcriptōe ortus eſſet

Caius Troianus uir prætorius nihil tamen metuẽs ĩcurſu militũ domi ſuæ interfectus ẽ.aliique cõplures trucidati ſunt. Itaque ne lati⁹ atq; effrenatius ꝓſcriptoꝝ cædes ageref.cxxxii.ſenatoꝝ noĩa ĩ tabula ꝓpoſita ſunt:primũ Lepidi præcepto & noĩe.deinde Antonii.tertio Cæſaris. Ibi Antonius Tulliũ Ciceronẽ inimicum ſuũ.ibi Lucium Cæſarẽ auũculum ſuum.& quod exaggerando ſceleri acceſſit:uiuam matrẽ ꝓſcripſerat.ibi Lepidus Luciũ Paulum fratre; ſuũ.In eodẽ ꝓſcriptoꝝ numero xxx.eqtes Romani.multæ diu & uariæ cædes actæ.Domus ꝓſcriptoꝝ direptis omnibus dirutæ ſunt.At Dolobella in Syria multa cũ Caſſio bella geſſit:a quo uictus ipſe ſe interfecit.Brutus & Caſſius magnis exercitibus cõparatis apud Athenas conuenerũt.totamq; Græcia; depopulati ſunt.Rhodios Caſſius terra marique oppugnatos ad deditionem coegit:quibus præter uitam nihil reliquit.Igif Cæſar & Antoni⁹ eoſdẽ in Macedonia magnis belloꝝ apparatibus pſecuti ad mortem cõpulerunt q̃uis manifeſtiſſime illa tũc pugna nõ uirtute partis Antonii ſed Cæſaris fœlicitate confecta ſit.Cæſar enim tunc æger cum ſe in caſtris capiendæ quietis cauſa tenere ſtatuiſſet:hortatu & precibus medici ſui:qui p ſomniũ admonitũ ſeſe fatebaf:ut ea die caſtris Cæſarem ſalutis ipſi⁹ cã educeret in campum:ægre inter copias egreſſus eſt:ac mox caſtra ei⁹ ab hoſtibus capta ſunt.ſed rurſus Cæſariani milites Caſſii caſtra ceperũt. Quare ad deſpationem adacti Brutus & Caſſius ĩmaturam ſibi morte; ante belli terminũ conſciuerunt.Nam ĩuitatis pcuſſoribus Caſſi⁹caput Brutus latus præbuit.At Romæ Fuluia uxor Antonii:ſocrus Cæſaris dominatũ ut mulier agitabat. incertũ in hac mutuatõe conſularis regiique faſtigii:utꝝ deficientis potentiæ ultima:an incipientis prima noĩanda.certe etiam in eos inſolens per quos ut inſoleſceret agebaf.Nã & Cæſarem reuerſum apud Brunduſiũ cõtumeliis:factionibus:inſidiiſq; petiit.A quo ꝓpulſata ad Antonium conceſſit in Græciam.Sextus Põpei⁹ poſtquam ſe in proſcriptoꝝ numeꝝ relatum comperit:conuerſus in latrocinia oẽm oram Italiæ cædib⁹ rapiniſque uaſtauit. Sicilia prærepta: cõmeatibuſq; ĩpeditis Romã fame affecit.Mox cu; eo pacẽ triũuiri:ut nõ dicã tyranni ideſt Lepidus:Cæſar:Antoniuſq; fecerũt. Sed cõtinuo cum contra pactum Pompeius fugitiuos allegeret:ut hoſtis habitus ẽ. Mæna libertus Pompeii cum.lx.nauiũ claſſe ad Cæſarẽ defecit.eidẽque claſſi ipſe iuſſu Cæſaris præfuit.Idẽque continuo cũ Statilio Tauro aduerſus Menecratũ Pompeianũ ducẽ nauale bellũ geſſit. Deĩde ipſe Cæſar aduerſus eoſdẽ Põpeianos cruẽtiſſimũ bellũ geſſit nauale cõfecit.ſ; cõtinuo uictricẽ claſſem pene ĩuerſam apud Scyllaceũ naufragio amiſit

Ventidius Perſas & Parthos in Syriam irrumpentes tribus bellis maximis fudit. regemque eorum Pacorum in acie interfecit: ea ſcilicet die qua Craſſus a Parthis fuerat occiſus. Antoni⁹ uno uix caſtello expugnato pacem cum Antiocho fecit: ut ipſe tantam rem conſummaſſe uideretur. Ventidium Syriæ præfecit. iuſſitque ut Antigono bellum inferret: qui Iudæos tunc forte debellauerat. captiſque Hieroſolymis templum ſpoliauerat. regnumque Herodi dederat. Quem continuo uictum in deditionem recepit. Mæna libertus cum ſex nauibus ad Pompeium rediit: a quo clementer receptus Cæſaris claſſem incendit: quãuis nuper Cæſar alteram ſecundo naufragio perdidiſſet. Idemque Mæna poſtea ab Agrippa nauali prælio circũuentus cum ſex triremibus ad Cæſarem tranſiit. Sed hũc Cæſar tertio tranſfugam indulta tantum uita ſegnem reliquit. Deinde Agrippa inter Milas & Liparas aduerſus Democham & Pompeium naualem bellum geſſit. ac uicit: ibique tũc naues. xxx. aut demerſit aut cepit reliquis laceratis. Pompeius denique Meſſanam confugit. Cæſar ĩterea Tauromeniam traiecerat: quem repentino impetu Pompeius afflixit. Vnde multis diuerſis nauibus ſuis ac magna multitudine ſuorũ militum perdita in Italiam Cæſar aufugit. nec interueniente mora in Siciliã rediit. Ibique Lepidum ex Aphrica aduentantem obuium habuit: ſummas ſibi partes terrore: minis: ac ſuperbia uendicãtem. Poſt dies paucos Agrippa iuſſu Cæſaris a littore cum acie inſtructa proſpectans atrociſſime nauali prælio aduerſus Pompeium conflixit. & uicit. Nam. clxiii. naues aut demerſit: aut cepit. Pompei⁹ cũ. x: &. vii. nauibus uix elapſus euaſit. Lepidus magna. xx. legionũ inſolentia tumens: cum Meſſanã militibus permiſſam diripuiſſet: ipſum Cæſarem ad ſe uenientem ſemel atque iterum ſpreuit. ac potius telis appeti iuſſit. Quæ ille collecta ĩ leuũ brachium lacerna repellendo uitauit. Mox immiſſo equo ad ſuos reuerſus inſtructu exercitu aduerſus Lepidum ueniens plurimas legiões Lepidi: paucis interfectis: tranſire in ſuam partem cõpulit. Lepidus tamen intelligens: quo uanitas ſua tenderet: depoſito paludamento: aſſumptaque ueſte pulla ſupplex Cæſari factus uitam & bona impetrauit: perpetuo quidem mulctatus exilio. Taurus Cæſaris præfectus totã pene Siciliam ferro pertentatam: conterritamque in fidem recepit. xliiii. legiões ſub unius tunc imperio Cæſaris erant. Milites multitudine ferociores quoſdam pro accipiendis agris tumultus excitauerunt.

De Antonio uicto & mortuo.

Ed Cæſar aīo ingēs.xx.M.militū exauctorauit.xxx.M.ſuorū
dominis reſtituit.vi.M.quoꝝ domini non extabant:in crucem
egit.Ouans urbem ingreſſus:ut in perpetuū tribuniciæ ptātis
eſſet:a ſenatu decretum eſt.His diebus trans Tyberim e taberna merito
ria fons olei terra exūdauit:ac per totū diem largiſſimo riuo fluxit. An
tonius uero poſtq̄ Araxem tranſmiſit:omnibus undique malis circun
uentus:tandem Antiochiam cū paucis rediit. Nam cū multitudine eq
tum & ſagittarioꝝ ab omnibus præliis:quæ plura tētauit uictus effuge
ret:tum præterea incertis & ignotis locis impeditus grauiſſima fame ad
nefandos cibos coactus eſt.plurimique militum ſeſe hoſtibus dediderēt
Inde in Græciam tranſiit.iuſſitque Pompeiū: q̄ uictus a Cæſare exerci
tum bellūque reparabat:cum paucis ad ſe uenire.Pōpei⁹ fugiēs a Tito
& Formo Antonianis ducibus ſæpe terreſtri naualique bello uict⁹ & ca
ptus:ac poſt paululum interfectus eſt.Cæſar Illyricum & Pannoniam
partemque Italiæ bellis ſubegit.& domuit. Antonius Artabanē Arme
niæ regem ꝑditione & dolo cepit:Quem argentea catena uinctum ad cō
feſſionem theſauroꝝ regioꝝ coegit.Expugnatoque oppido:in quo cō
ditos eſſe ꝑdiderat:magnā uim auri argentique abſtulit:Qua elatus pe
cunia denunciari bellū Cæſari atque Octauiæ ſorori Cæſaris & uxori
repudiū indici iuſſit.& Cleopatram ſibi ex Alexandria occurrere īpera
uit:Ipſe Actium:ubi claſſem conſtituerat ꝓfectus:cum ꝓpe tertiaȝ ptē
remigū fame abſumptam offendiſſet:nihil motus:remi īquit modo ſal
ui ſint.Nā remiges nō deerūt:quoad Græcia hoīes hūerit:Cæſar.ccxxx
roſtratis nauibus a Brunduſio in Epiꝝ ꝓfectus eſt.Agrippa uero præ
miſſus a Cæſare multas onerarias naues frumento atque armis graues
ab Aegypto Syria Aſiaque ad ſubſidiū Antonio uenientes cepit. Pera
gratoque Peloponnenſiū ſinu Methonā urbē ualidiſſimo Antoniano
præſidio monitam expugnauit.Inde Corcyram cepit.fugientes nauali
prælio pſecutus ꝓfligauit.multiſque rebus cruentiſſime geſtis ad cæſa
rem uenit.Antoni⁹ defectu & fame militū ſuoꝝ cōmotus bellū inſtitu
it maturare.ac repēte inſtructis copiis ad Cæſaris caſtra ꝓceſſit:& uict⁹
ē.Tertio poſt fugā die caſtra Antonius ad Actiū tranſtulit nauali præ
lio dimicare parat⁹.ccxxx.roſtratæ fuere Cæſaris naues.&.xxx. ſine ro
ſtris triremes uelocitate liburnicis pares:& octo legiōes claſſi ſuppoſitæ
abſq; cohortib⁹.v.prætoriis.Claſſis Antonii.clxx.nauiū fuit:quantum
numero cedens:tantū magnitudine præcellens.Nam.x.pedū altitudine
a mari aberat:Famoſum & magnū hoc bellū apud Actium fuit.Ab ho
ra q̄nta uſq; in horā ſeptimā:incerta uincendi ſpe grauiſſime utrinque

cædes actæ. reliquū diei cū ſubſequente nocte in uictoriā Cæſaris decli nauit. Prior regina Cleopatra cum. lx. uelociſſimis nauibus fugit. Antonius quoque detracto inſigni prætoriæ nauis fugientē ſecutus uxorē ē Illuceſcente iam die uictoriam Cæſar conſūmauit. xii. M. ex uictis ceci diſſe referunt. vii. M. uulnerata ſūt: e qbus. M. inter curandū defecerūt. Antonius & Cleopatra cōes liberos cū parte regiæ gazæ ad rubꝝ mare præmittendos cenſuerūt. ipſi præſidiis circa duo Aegypti Peluſiuꝫ Parethoniūque diſpoſitis claſſem & copias inſtaurādo bello parauerunt. Cæſar ſextū īperator appellatꝰ: & quartū ipſe cū Marco Lycinio Craſſo conſul Brundiſiū uenit: ibique orbis terraꝝ præſidia diuiſis legiōibus cōpoſuit: Inde in Syriā: mox Peluſiū adiit: ubi ab Antonianis præſidiis ultro ſuſceptus ē. Interea Corneliꝰ gallius præmiſſus a Cæſare. iiii legiones quas Antoniꝰ apud Cyrenas præſidii loco conſtituerat: ſuſcepit in fidē. atque inde Parethoniū primā Aegyptia Libyæ parte ciuitatem uicto cepit Antonio. ipſūque cōtinuo apud Pharꝝ uicit. Antonius equeſtre aduerſus Cæſarem bellū iniit. in eo quoque miſerabiliter uictus aufugit. Kalendis ſextilibus prima luce Antoniꝰ cū ad inſtruendā claſſem in portū deſcenderet: ſubito uniuerſæ naues ad cæſarē trāſiert. Cūque unico præſidio ſpoliatus eſſet: trepidus ſe cū paucis recepit ī regiam. De inde īminente cæſare turbataque ciuitate idē Antoniꝰ ſeſe ferro tranſuerberauit: ac ſemianimis ad cleopatrā in monumentū: in quod ſe illa mori certa condiderat: platus ē. cleopatra poſtq̄ ſe ad triūphuꝫ ſeruari intellexit: uoluntariā mortem petens: ſerpentis: ut putat: morſu in ſiniſtro tacta brachio exanimis inuenta ē: fruſtra cæſare etiā pſyllos admouente q uenena ſerpentiū e uulneribus hoīum hauſtu reuocarē atqꝫ exugere ſolent. cæſar Alexandria urbe oīum longe opulētiſſima & maxima uictor potitus eſt. Nam & Roma in tantū opibus eius aucta ē: ut ꝓpter abundantiam pecuniaꝝ duplicia: q̄ uſque ad id fuerant: poſſeſſionum aliaꝝque reꝝ uenaliū precia ſtatuerent. Occiſi ſunt iuſſu Cæſaris maior Antonii filius & Publius caninius infeſtus ſp cæſari: ſed & Antonio infidus. & caſſius Parmenſis ultima uiolati patris cæſaris uictima & Quintus Ouinius ob eam maxime notam: quod obſcœniſſime lanificio textrinoque reginæ ſenator populi romani præeſſe non erubuerat. Dehinc cæſar pedeſtribus copiis in Syriam uenit. deinde in Aſiā ad hyberna conceſſit. ac poſt per Græciam Brunduſiū peruectus eſt.

Hic Cæſar primū imperator Auguſtus eſt ſalutatus.

Nno ab urbe.dccxxvi.ipſo iperante Cæſare Auguſto & Lucio Appuleio conſulib⁹:Cæſar uictor ab oriente rediēs octauo id⁹ ianuarii urbē triplici triūpho ingreſſus ē. ac tū primū ipſe Iani portas:ſopitis oībus finitiſque bellis ciuilib⁹ clauſit. Hoc die primū Auguſtus cōſalutatus eſt. Quod nomen cūctis antea īuiolatum:& huc uſque cæteris inauſum dominis tantū orbis licite uſurpatum apicē declarat īperii atque ex eodē die ſumma rerū ac poteſtatū penes unum cœpit eſſe.& manſit:quod Græci monarchiam uocant. Porro aūt hunc eē eundem diem:hoc ē octauo idus ianuarias:quē nos epiphaniam: hoc ē apparitionem ſiue manifeſtationē dominici ſacramenti obſeruamus:nemo credentium ſiue etiā fidei contradicentiū neſcit. De quo nr̄æ iſti⁹ fidelissimæ obſeruationis ſacro uberius nunc dicere nec ratio nec loc⁹ flagitat:ut & quærentibus reſeruaſſe:& negligentibus non ingeſſiſſe uideamur. Hoc aūt fideliter cōmemoraſſe ideo par fuit: ut ꝑ oīa uēturi chriſti gratia præparatum Cæſaris īperiū cōprobet. Nam cū primū Gaio Cæſare auunculo ſuo interfecto ex Apollonia rediens urbem īgrederet hora circiter tertia repente liquido ac puro ſereno circulus ad ſpeciē cœleſtis arcus orbē ſolis ambiit:quaſi unū eū ac potiſſimū ī hoc mūdo ſolumque clariſſimū in orbe monſtraret:cui⁹ tpe uenturus eſſet: q ipſum ſolem ſolus:mundumque totum & feciſſet & regeret.

...s ambit solem

De reſtauratione ſeruorū dominis.

Einde cum ſecundo in ſicilia receptis a Pōpeio & Lepido legionibus.xxx.ſeruorū.M.dominis reſtituiſſet.&.xliiii.legiones ſolus imperio ſuo ad tutamē orbis terrarū diſtribuiſſet: ouanſq; urbem ingreſſus omnia ſuperiora populi romani imperatori debita donanda litterarū etiam monumentis nedum aboleri cenſuiſſet: in dieb⁹ ipſis fons olei largiſſimus:ſicut ſuperius expreſſi de taberna meritoria ꝑ totum diem fluxit. Quo ſigno quid euidentius q̄ in diebus Cæſaris toto orbe regnantis futura chriſti natiuitas declarata eſt: chriſtus eni; lingua gentis in qua & ex qua natus eſt: unctus interpretatur. Itaque cu; eo tempore:quo Cæſari perpetua tribunicia poteſtas decreta ē: Romæ fōs olei per totum diem defluxit. Sub principatu Cæſaris romano imperio per totum diem hoc eſt per omne romani tempus imperii:chriſtū & ex eo chriſtianos:ideſt uictum atq; ex eo uictos de meritoria taberna: hoc eſt de hoſpitali largaque eccleſia affluenter atque inceſſabiliter ꝓceſſuros:reſtituendoſque per Cæſarem omnes ſeruos: q tamen cognoſcerēt

...s olei

dominū ſuū: cæteroſque qui ſine domino īuenirentur: morti ſupplicio que dedendos: remittendaque ſub Cæſare debita peccatorum in ea urbe: ī qua ſpontaneum fluxiſſet oleum: euidentiſſima his: qui pphetarū uoces non audiebant: ſigna in cœlo & terra pdigia pdiderunt. Tertio autē cum urbem triumphans quintū conſul ingreſſus eſt: eo ſcilicet die quē ſupra nominauimus: cum & Ianum poſt. cc. annos primuſ ipſe clauſit: & clariſſimum illud Auguſti nomen aſſumpſit: quid fidelius ac uerius credi: aut cognoſci pōt: concurrentibus ad tantam manifeſtationē pace: nomine: die: quam hunc occulto quidē geſtorum ordine ad obſequiū præparationis eius prædeſtinatū fuiſſe: qui eo die: quo ille manifeſtādus mūdo poſt paululum erat: & pacis ſignū prætulit. & poteſtatis nomen aſſūpſit? Quid aūt in quarto reditu cū finito Cantabrico bello. pacatiſque oībus gentibus Cæſar urbem repetiit ad conteſtationem fidei: quam ex primimus actum ſit: ipſo ordine melius proferetur.

Hic dicitur ubi Cæſar in Hiſpania uti gentes legibus ſuis phibens Iani portas aperuit.

Nno ab urbe condita. dccxxvi. impatore Auguſto Cæſare ſexies. & bis Marco Agrippa conſulibus: Cæſar parum in Hiſpania p cc. annos actum intelligens: ſi Cantabros atque Aſtures duas fortiſſimas gētes Hiſpaniæ ſuis uti legibus ſineret: aperuit Iani portas atque in Hiſpanias ipſe cum exercitu pfectus eſt. Cantabri & Aſtures Galleciæ puinciæ portio ſunt: qua extentum Pyrenei iugū haud pcul ſecundo oceano ſub ſeptentrione deducit. Hi non ſolū propriā libertatem tueri parati: uerum etiam finitimorum præriper auſi: Vacceos & Gurgonios & Aurigonas aſſiduis eruptionibus populabant. Igitur Cæſar apud Segiſſamam caſtra poſuit: tribus agminibus totā pene amplexus Cātabriam. Diu itaque fatigato fruſtra atque in periculuſ ſæpe deducto exercitu: tandē ab Aquitanico ſinu per oceanū īcautis hoſtibus admouere claſſem: atque exponi copias iubet. Tunc demum Cantabri ſub mœnibus Belgicæ maximo cōgreſſu belli euicti in Vinniū montem natura tutiſſimū confugerunt: ubi obſidione famis ad extremū pene conſūpti ſunt. Aracillum deinde oppidum magna ui ac diu repugnās poſtremo captum ac dirutum eſt. Præterea ulteriores Galleciæ ptes: quæ montibus ſiluiſque conſitæ oceano terminant: Antiſtius & Firmius legati magnis grauibuſq; bellis pdomuerunt. Nā & Medulliū montē Minio flumini iminentē: in quo ſe magna multitudo hominū tuebat p. xv. M. paſſuū

ſoſſa circūſeptū obſidione cinxerūt. Itaque ubi ſe gens hoīuꝫ trux natu ra & ferox: neque tolerandæ obſidioni ſufficientē: neque ſuſcipiēdo bel lo parē intelligit: ad uoluntariā mortē ſeruitutis timore concurrit. Nā ſe pene oēs certatim igne ferro ac ueneno necauerunt. Aſtures uero po ſitis caſtris apud Aſturam flumen Romanos: niſi ꝓditi præuētiqꝫ eēnt magnis conſiliis uiribuſque oppreſſiſſent. Tres legatos cū legionib⁹ ſu is in tria caſtra diuiſos tribus æque agminib⁹ obruere repenti moliti ſu orū ꝓditione detecti ſunt. Hos poſtea Cariſius bello exceptos non par ua etiā Romanoꝝ clade ſupauit. Pars coꝝ prælio elapſa Lanciam cōfu git. Cūque milites circūdatam urbē incendio adoriri pararent: dux Ca riſius & a ſuis ceſſationē īpetrauit incendii: & a barbaris uoluntateꝫ de ditionis exegit: Studioſe enī nitebaꝫ integram atqꝫ incolumē ciuitatem uictoriæ ſuæ teſtē relinquere. Cantabricæ uictoriæ hunc honorē detu lit Cæſar: ut tunc quoque belli portas clanſtro cohiberi iuberet. Ita tūc ſecūdo p Cæſarē quarto poſt urbē conditā: clauſus eſt Ianus. Poſt hoc Claudius Druſus priuignus Cæſaris Galliā Rhetiamque ſortitus ma ximas fortiſſimaſque gentes Germaniæ armis ſubegit. Nam tūc ueluti ad conſtitutum diem pacis feſtinarent: ita oēs ad experientiā belli: deci ſionem ue fœderis undatim gentes cōmouebanꝫ: aut ſuſcepturæ condi tionem pacis: ſi uincerenꝫ aut uſuræ qeta libertate: ſi uincerent Norici: Illyrii: Pānonii: Dalmatæ: Mœſii Thraces & Daci: Sarmatæ: plurimiqꝫ & maximi Germaniæ populi per diuerſos duces uel iupetati: uel repreſ ſi: uel etiam obiectu maximoꝝ fluminū Rheni Danubiiqꝫ ſecluſi ſūt. Druſus in Germania primo Suſeptes: deinde Tenecteros & Cathos per domuit. Marcomannos pene ad internitioneꝫ cecidit. Poſtea fortiſſimas nationes: & qbus natura uires: conſuetudo expientiā uiriuꝫ dabat. Che ruſeos: Sueuos & Sycābros pariter uno bello. ſed etiam ſuis aſpo ſupa uit: Quoꝝ ex eo conſiderari uirt⁹ ac feritas pōt: quod mulieres quoque eoꝝ ſiquando præuentu romanoꝝ inter plauſtra ſua concludebantur: deficientibus telis: uel qualibet re: qua uelut telo uti furor poſſit. puos filios colliſos humi in hoſtiū ora iaciebant: in ſingulis filioꝝ necib⁹ bis parricidæ. Tunc etiam in Aphricā Vſulanos & Getulos latius uagātes Coſſus dux Cæſaris artatis finibus coercuit. atque Romanis limitibus abſtinere metu cōpulit. Interea Cæſarē apud Tarraconē citerioris Hiſ paniæ urbē legati Indoꝝ & Scythaꝝ toto orbe tranſmiſſo tandē ibi īue nerunt: ultro quod iam quærere nō poſſent. Refuderūt in Cæſarē Ale xandri Magni gloriam: quē ſicut Hiſpanoꝝ Galloꝝque legatio in me dio oriente apud Babylonem contemplatione pacis adiit: ita hunc apud

Hiſpaniam in occidentis ultimo ſupplex cum gentilico munere Eous Indus & Scytha Boreus orauit. Cantabrico bello per quinque annos acto: totaque Hiſpania in æternam pacem cum quadam reſpiratione laſſitudinis reclinata ac repoſita Cæſar Romam rediit: Quibus etiam diebus multa p ſe multaque p duces & legatos bella geſſit. Nam inter cæteros & Piſo aduerſum Vindelicos miſſus eſt: Quibus ſubactis uictor ad cæſarē Lugdunū ueīt. Pānonios nouo motu intumeſcētes: Tiberi⁹ Priuignus Cæſaris cruentiſſima cæde deleuit. Idemque cōtinuo Germanos bello arripuit. e qbus. xl. M. captiuos uictor adduxit: Quod reuera bellūm maximū & formidoliſſimū. xv. legiōbus per trienniū geſtum ē. nec fere ullū maius bellum ſicut Suetoni⁹ atteſtaē poſt Punicū fuit. Sub eodem uero tempe Quintili⁹ Varus cū tribus legiōibus a Germanis rebellantibus mira ſupbia atque auaricia in ſubiectos ſe agēs: funditus delet⁹ eſt. Quam rei publicæ cladē Cæſar Auguſtus adeo grauiter tulit: ut ſæpe p uim doloris caput parieti collidēs clamaret: Quītili Vare redde legiones: Boſſoranos uero Agrippa ſupauit: & ſignis Romāis: quæ illi quōdam ſub Mithridate ſuſtulerāt: bello recuperatis: uictos ad deditionem coegit. Parthi quaſi toto terraꝝ orbe uel domito: uel pacato omniū oculis ſignarenē: atque in ſe ſolos oīs uigor Romani impii uertendus eſſet. quippe quos priſtina ulciſcēdæ Craſſianæ cædis cōſciētia mordebat. ultro ſigna: quæ Craſſo īterfecto abſtulerāt: ad Cæſarem remiſerūt: regiiſque obſidibus traditis firmū fœdus fideli ſupplicatōem eruerūt. Anno ab urbe cōdita. dcclii. Cæſar Auguſtus ab oriēte in occidētem. a ſeptētrione in meridiem: ac per totū oceani circulū cūctis gentibus una pace cōpoſitis Iani portas tertio ipſe clauſit. Quas æuo per. xii. fere annos quietiſſimo ſemp obſeratas ocio ipſa etiā rubigo ſignauit: nec prius unq̄: niſi extrema ſenectute Auguſti pulſatæ Atheniēſiū ſeditiōe & Dacoꝝ commotione patuerāt. Clauſis igiē Iani portis rem publicā: quā bello quæſiuerat pace enutrire: atque amplificare ſtudens: leges plurimas ſtatuit: per quas hūanū gen⁹ libera reuerētia diſciplinæ morem gereret Domini appellatiōem: ut hō declinauit. Nam cū eodē ſpectante ludos ꝓnūciatū eſſet a quodā mimo: o dominū æquū & bonum. uniuerſiſque quaſi de ipſo dictū eē exultantes apꝓbauiſſent: ſtatī qdem manu uultuque indecoras adulatiōes repreſſit. & ī ſequenti die grauiſſimo corripuit edicto. dominūque ſe poſt hoc appellari ne a liberis qdem. aut nepotib⁹ ſuis uel ſerio uel ioco paſſus ē. Igiē eo tempe ideſt eo anno: quo firmiſſimam uer iſſimamque pacē ordiatiōe dei Cæſar cōpoſuit: natus eſt chriſtus: cui⁹ aduentui pax iſta famulata eſt: ī cuius ortu audientib⁹ homibus exultā

modeſtia Augu[ſti]

tes angeli cecinerũt gloria in excelſis deo & ĩ terra pax hominibus bonæ uolũtatis.eodẽque tpe hic.ad quẽ rex oĩu3 ſũma conceſſerat: dominu3 ſe oĩum appellari nõ paſſus eſt:ĩmo non auſus:qa uerus domin⁹ totius generis humani inter hoĩes nat⁹ erat.eodemq3 ãno tũc primũ idem Cæſar:quem his tantis myſteriis prædeſtinauerat deus:cenſũ agi ſingula℞ ubique ꝓuintia℞:& cenſeri oẽs hoĩes iuſſit:quando & deus hõ uideri & eſſe dignatus eſt.Tũc igiẜ natus eſt chriſtus:Romano cenſui ſtati aſcriptus eſt.Hæc eſt prima illa clariſſimaque ꝓfeſſio que Cæſarem oĩu3 prĩcipem:Romanoſque dominos re℞ ſigillatim cuncto℞ hoĩu3 edita aſcriptione ſignauit:in qua ſe & ipſe q̇ cunctos hoĩes fecit inueniri homine3: aſcribique inter homines uoluit:Quod nunq̃ penitus ab orbe cõdito atque ab exordio generis hũani in hunc mũdũ ne Babylonio qdẽ uel macedonico:ut non dicã minori cuiq̃ regno conceſſũ fuit.nec dubiũ: quin oĩum cognitioni fidei inſpectionique pateat:qđ domin⁹ nr̃ Ieſus chriſtus hanc urbẽ n utu ſuo auctam defenſamq3 in hunc re℞ apicẽ ꝓuexerit:cuius potiſſime uoluit eẽ:cũ uenit dicendus utique ciuis Romanus cenſus ꝓfeſſione romani. Quam ob rem qa ad id tpis peruentũ eſt quo & dominus xpũs hunc mũdũ primũ aduentu ſuo illuſtrauit: regnũq3 Cæſari tranqlliſſimũ dedit:hunc quoque ſextũ libellũ hoc fine cõcluſerim:ut germinantia tpa xpĩana magiſque inter reprimẽtiũ man⁹ creſcẽtia:& quæ adhuc in ꝓuectu poſita ho℞ ipſo℞:qbus hæc reſpondere cogimur inſectatione mordenẜ:ſeptimo libello:ſi tamen adiuuãte domĩo ſuffeceri m: cõprehendam:ut quoniã ab initio & peccare hoĩes & puniri ꝑpter peccata non tacui.nunc quoq3 quæ ꝑſecutiones chriſtiano℞ actæ ſunt:& quæ ultiones ſecutæ abſq3 eo quod oẽs ad peccandũ generaliter ꝓni ſunt:atque ideo ſigillatim corripiũtur:expediam.

PAVLI OROSII VIRI DOCTISSIMI IN SEPTIMVM HISTORIARVM LIBRVM PROLOGVS.

Vfficienter:ut arbitror:documenta ſunt collecta: qui bus abſq3 ullo arcano:quod pauco℞ fideliũ eſt: ꝓbari de medio queat:unũ illũ & ue℞ deum:quẽ chriſtiana fides prædicat:& condidiſſe mũdũ: creaturãque ei⁹ cum uoluit:& diſpoſuiſſe p tpa multa:cũ a multis ig noraretẜ:& confirmaſſe ad unũ:cũ per unicũ declarat⁹ eſt:ſimulque potentiã patientiãque eius multimodis argumentis eluxiſſe.In quo quidẽ anguſtas deiectaſque mentes offendi pauliſp ĩtelligo

quod tantæ potentiæ patientia tanta miſceť. Si enī potens erat inquiunt creare mundū:cōponere pacē mundi:inſinuare mūdo cultū ad noticiaꝫ ſui:quid opus fuit tanta:uelut ipſi ſentiūt & tam pniciosa patientia: ut in ultimo errorib⁹:cladibus:laboribuſqꝫ hoīum fieret:quod a principio uirtute eius:quem prædicas:dei ſic potius cœpiſſe potuiſſet. Quibus quidem ueraciter reſpondere poſſem:ad hoc ab initio creatū & inſtitutū humanū genus:ut ſub religione cū pace & ſine labore uiuens fructu obedientiæ æternitatē ꝓmereref:ſed abuſū bonitate creatoris libertatem īdulgentis in contumaciæ uertiſſe licentiam:atque ex contēptu in obliuionē defluxiſſe:iuſtamque nūc eē patientiam dei & iuſticiam in utranqꝫ ptē. ut nec contēptus diſpdat in totū:cui miſereri uelit:& affici laborib⁹ duꝫ uelit:ſinat contēptus potens. Deinde ſubſequens eē:iuſte ſp adhibere q̈uis ignoranti gubernationē:cui aliquando pie reſtituturus ſit pœnitenti antiquæ gratiæ facultatē. ¶Sed hæc quoniā & ſi ueriſſime fortiſſimeqꝫ dicūtur:fidelē tamen atque obedientē requirūt:mihi autē ſi uidero aliquem ex credituris:certe nūc cū incredulis actio eſt: ꝓmpti⁹ ea proferaꝫ quæ ipſi & ſi probare noluerint:īprobare nō poſſint. Itaque q̄tū ad cōſcientiam humanarum mentium ptinet: utrique ſub reuerentia religiōis & cōfeſſione cultuque ſupernæ potentiæ uiuimus:diſtante dūtaxat fide qa noſtꝝ ē fateri ex uno & per unū deū cōſtare oīa. illoꝝ tam multos deos putare:quam multa ſunt elementa. Si potentiæ dei inquiūt quē prædicatis fuit:ut Romanū īperiū taꝫ amplū ac tam ſublime fieret:cur igiť patientiæ eiuſdē obfuit:ut ante nō fieret? Quibus ſub eodē uerbo reſpōdebitur. Si potentiæ & deoꝝ:quos prædicatis fuit:ut Romanū imperiū tam amplū ac tam ſublime fieret:cur igiť patientiæ eorūdē obfuit ut ante non fieret? an ipſi dii nondū erant? an adhuc Roma ipſa non erat? an illi non colebanť? an hæc nondū idonea ad imperiū uidebatur? Si nondū erant dii:aut potentia:ceſſat intentio. Vt quid eniꝫ iam ibi eoꝝ diſcutio moram:ubi ne ipſam quidē īuenio naturam? Si aūt erant dii:aut potentia eoꝝ:ut ipſi iudicant:aut patientia in culpa ē:uel patientia ſi fuit:uel potentia ſi defuit:aut ſi magis ſuaſibile uideť eē:tunc quidē deos qui ꝓuehere potuiſſent. ſed nōdū extitiſſe Romanos:qui ꝓuehi iure poſſent. Nós aūt auctorē reꝝ potentiam:nō artificē ſciam quærim⁹. De diis qppe:ut putant:magnis:nō de fabris uiliſſimis quæſtio eſt:quib⁹ niſi materia accedat. ars ceſſat. Si.n. præſciſſe illis ac uoluiſſe præſto ſp fuit: imo etiam ſubiacente præſcīa:quia apud oīpotentiā de opibus dūtaxat ſuis hoc ē præſcire:quod uelle:quodcūque illud præſciebatur:cui uolūtas aſtipulareť:non expectari oportuit:ſed creari:maxime cū & Iouem illū

ſuũ aceruos formicaꝝ in populos hoĩum ludo uertere ſolitum ferant. Porro aũt de cura cærimoniaꝝ nec recenſendũ arbitror: quoniam inter ſacra cõtinua inceſſabilibꝰ cladibus nullus finis: nulla reqes fuit: niſi cũ ſaluator mũdi chriſtus illuxit: cuius aduentui prædeſtinatã fuiſſe ipii Romani pacẽ: & ſuam ſufficienter oſtendiſſe me arbitror: paucis tamen adhuc ſupplere conabor. Principio ſecundi libelli cũ tpa Romanæ cõditionis ſtili tenore pſtringerem: multa cõuenienter inter Babyloniam urbem aſſyrioꝝ tũc principẽ gentiũ: & Romanam nũc æque gentibꝰ dominantem cõpacta conſcripſi: fuiſſe illud primũ: hoc ultimuꝫ ĩperiũ: illud paulatim cædens: at iſtud ſenſim cõualeſcens defluxiſſe. illiꝰ ſub uno tẽpore nouiſſimũ regem: iſti primũ regem fuiſſe. Illam deinde tũc ĩuadẽte Cyro captam uelut in mortẽ cõcidiſſe: cunctã fiducialiter aſſurgẽtẽ poſt expulſos reges liberis uti cœpiſſe conſiliis: præcipue cũ uendicante libertatẽ ſuam roma tũc quoque iudæoꝝ populꝰ qui apud Babyloniã ſub regibus ſeruiebat: in ſanctam Hieruſalẽ recepta libertate redierit: tẽplumque domini ſicut a prophetis prædictũ fuerat: reformarit. Prætere a interceſſiſſe dixeram inter Babyloniũ regnũ: quod ab oriente fuerat & Romanum: quod ab occidente cõſurgens. hæreditati orientis enutriebatur: Macedonicum Aphricanũque regnũ: hoc ẽ quaſi a meridie ac ſeptentrione breuibus uicibꝰ partes tutoris curatoriſqꝫ tenuiſſe. Orientis & occidentis regnũ æque Babyloniũ & Romanũ iure uocitari: nemineꝫ unq̃ dubitaſſe ſcio. Macedonicũ regnũ ſub ſeptentriõe eſſe cũ ipſa cœli plaga: tũ Alexandri magni aræ poſitæ uſque ad nũc ſub Rhypeis mõtibus docent. Carthaginẽ uero uniuerſæ præcelluiſſe Aphricæ: & non ſolũ in Siciliam Sardiniã cæteraſque adiacentes inſulas: ſed etiam ĩ Hiſpaniam regni terminos tetendiſſe: hiſtoriaꝝ ſimul monumẽta urbiũque declarant. Dictum eſt etiã uaſtatæ per Medos Babyloniæ: & irruptæ ꝑ Gotos Romæ pares admodũ annoꝝ numeros cucurriſſe: Nũc aũt his illud adiicio: quo magis clareat unũ eſſe arbitꝝ ſæculoꝝ: regnoꝝ: locoꝝque oĩum deũ. Regnũ Carthaginenſe a conditõe uſque ad euerſionem eius paulo amplius q̃. dcc. annis ſtetit. æque regnũ Macedonicum a Carano uſque ad Perſen paulominus q̃. dcc. utꝝque tamen ſeptenarius ille numerus: quo iudicanẽ oĩa: terminat. Roma ipſa etiam q̃uis ad aduẽtum domini uoſtri Ieſu chriſti pfecto ꝓueheretur imperio. tamen paululum & ipſa in occurſum numeri huius offendit.

C. I.

Hic dicit: quomodo Roma graui incendio uaſtata eſt.

Am.dcc.conditionis ſuæ anno.xiiii.uicos eius incertum ũde conſurgens flamma conſumpſit.nec unquam: ut ait Liui⁹: maiore incendio uaſtata eſt adeo:ut poſt aliquot annos Cæſar Auguſtus ad reparationem eorum:quæ tũc exuſta erãt: magnam uim pecuniæ ex ærario publico largitus ſit.Poteram quoque oſtendere eundem duplicatum numeꝝ manſiſſe Babyloniæ: quæ poſt M.cccc.& quod excurrit:ãnos ultima a Cyro rege capta eſt:niſi præſentium contemplatione reuocaret.Illud ſane libenter adiicio:quod primi illius regum omniũm Nini:quanuis & pater eius Belus obſcure prim⁹ regnaſſe referatur:anno poſtquam regnare cœperat.xliii. natus eſt ille ſanctus Abraham:cui dictæ ſunt repromiſſiones:ex cuius ſemine repromiſſus eſt chriſtus:deinde nunc primi iſtius imperatorum omniũ Auguſti Cæſaris:quanuis & pater eius Cæſar metator imperii potius quã imperator extiterit:iſtius inquam Cæſaris:poſtea quaꝫ imperare cœpit emenſo propemodum anno.xlii.natus eſt chriſtus:qui Abrahæ ſub Nino primo rege fuerat repromiſſus.Natus eſt autem:viii.Kal. Ianuarii: cum primum incrementa omnia anni uenientis incipiunt.Ita factum ẽ: ut cum Abraham.xliii.natus ſit anno ſub fine.xlii.natiuitatis chriſti cõueniret:ut iam non ipſe in parte tertii anni:ſed in ipſo potius terti⁹ ann⁹ oriretur.Qui annus quantis:q̃ nouis:quamque inuſitatis bonis abũdauerit:ſatis etiam me non proferente compertuꝫ haberi arbitror:toto terrarum orbe una pax omnium non ceſſatione ſed abolitione belloꝝ: clauſæ Iani gemini portæ extirpatis bellorum radicibus:non repreſſis cẽſus ille primus & maximus fuit cum in hoc unum Cæſaris nomen uniuerſa magnarum gentium creatura iurauit:ſimulque per communionem cenſus unius ſocietatis effecta eſt.Igitur anno ab urbe condita.dcc. xlii. natus eſt chriſtus ſalutarem mundo afferens fidem:uere petra medio rerum poſita:ubi comminueretur:qui offenderet. qui crederet ſaluaret. uere ignis ardens:quem qui ſequitur:illuminatur.qui tentat exuritur. Ipſe ẽ xpũs chriſtianoꝝ caput.ſaluator bonoꝝ.malorũ punitor:iudex omnium:qui formam ſecuturis uerbo & opere ſtatuens:quo magis doceret:patientes in perſecutionibus:quas ꝑ uita æterna exciperẽt:eẽ oportere:mox ut uirginis partu editus mũdo apparuit: a paſſionib⁹ ſuis cœpit.Nãque eum rex iudeæ Herodes ſimul ut natum comperit:necare decreuit.plurimoſque tunc paruulos dum unum inſectatur:occidit.Hic malignis improbe incurrentibus digna punitio eſt.Hinc inquantũ tranquilliæ agitur mundus:credentium gratia inquantum pernicioſe inquietatur:blaſphemantium pœna ẽ:ſecuris per omnia chriſtianis fidelib⁹:

quibus aut æternæ uitæ requies in tuto: aut etiam huius ĩ lucro eſt. qđ promptius cum per ordinem referam: ipſis rebus oſtendam. Poſtquam redemptor mundi dominus Ieſus chriſtus uenit in terras: & Cæſaris cẽ ſu ciuis Romanus aſcriptus eſt: dum per. xii. ut dixi annos: clauſæ belli portæ beatiſſimæ pacis tranquillitatæ cohiberent: Gaiũ nepotem ſuum Cæſar Auguſtus ad ordinandas Aegypti Syriæque ꝓuintias miſit. qui præteriens ab Aegypto fines Paleſtinæ apud Hieroſolymam in templo dei tunc ſancto & celebri adorare cõtempſit: ſicut Suetonius Tranquil‐lus refert. Quod ut Auguſtus comperit: prauo uſus iudicio eũ prudẽ‐ter feciſſe laudauit. Itaque anno imperii Cæſaris. xlviii. adeo dira Roma nos fames conſecuta eſt: ut Cæſar laniſtarum familias: omneſque ꝑegri‐nos: ſeruoꝝ quoque maximas copias: exceptis medicis & præceptoribus trudi urbe præceperit. Ita peccante principe ĩ ſanctum dei: & correpto ꝑ famem populo: quantitatem offenſionis qualitas ultionis oſtendit. De inde ut uerbis Cornelii Taciti loquar: ſene Auguſto Ianus patefactus: dum apud extremos terraꝝ terminos nouæ gẽtes ſæpe ex uſu: & aliquã‐do cum damno quæruntur: uſque ad Veſpaſiani durauit ĩperiũ. Huc uſque Cornelius. Cæteꝝ & tunc capta euerſaque urbe Hieroſolymaꝝ ſicut ꝓphetæ ꝓnunciauernnt: extinctiſque Iudæis Titus: qui ad uindi candum domini noſtri Ieſu chriſti ſanguinem iudicio dei fuerat ordĩa‐tus: uictor triumphans cum Veſpaſiano patre Ianum clauſit. Igitur & ſi ſub extremis Cæſaris temporibus apertus eſt Ianus: tamen per multa tempora ex eo: quanuis in ꝓcinctu eſſet exercitus: nulla bella ſonuerũt Vnde etiam dominus Ieſus chriſtus in euangeliis: cum tẽporibus illis in ſũma tranquillitate uniuerſus mundus ageretur: cunctaſque gentes pax una uelaret: & a diſcipulis ſuis interrogatus eſſet de conditiõe tem‐porum ſubſequentiũ: inter cætera ſic ait. Audituri autem eſtis prælia & opiniones prælioꝝ. uidete ne turbemini. Oportet enim hæc primũ fieri ſed non dũ eſt finis. Conſurget enim gens in gentem. & regnũ in regnũ: & erunt peſtilentiæ & fames & terræ motus per loca. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum. Tunc tradent uos in tribulationeꝫ. & occidẽt uos: & eritis odio omnibus gentibꝰ ꝓpter nomẽ meũ. Hoc aũt diuina ꝓuidẽ‐tia docẽs & credẽtes præmonẽdo firmauit. & incredulos prædicando cõ‐fudit. Anno ab urbe cõdita. dcc. lxvii. poſt mortẽ Auguſti Cæſaris Ti‐berius Cæſar ĩperiũ adeptus ẽ. manſitque in eo annis. xxiii. Hic ꝑ ſemet ipſum nulla bella geſſit. ſed ne per legatos qdẽ aliqua grauia: niſi quod tantum in aliquantis locis præcogniti cito gentiũ tumores cõprimebãt Sane. iiii. imperii eius anno Germanicus Druſi filius: Caligulæ pater de

Germanis:ad quos ab Auguſto ſene miſſus fuerat:triũphauit. Ipſe autem Tiberius plurima ĩperii ſui parte cum magna & graui modeſtia rei publicæ præfuit:adeo ut qbuſdam præſidibus augẽda ꝓuintiis tributa ſuadentibus ſcripſerit. Boni paſtoris eſſe tondere pecus: non deglubire. At poſtquam paſſus eſt dominus Ieſus chriſtus atque a mortuis reſurrexit:& diſcipulos ſuos ad prædicandũ miſit:Pilatus præſes Palæſtinæ ꝓinciæ ad Tiberiũ imperatorẽ atque ad ſenatũ retulit de paſſiõe & reſurrectione chriſti:conſequentibuſque uirtutibus:quæ uel ꝑ ipſum factæ fuerant:uel per diſcipulos ipſius in nõie eius fiebant:& de eo quod certatim creſcente plurimoꝝ fide deus crederetur.

C. 2

Hic Tiberius Cæſar retulit ad ſenatũ ut chriſtus deus haberetur.

Iberius cũ ſuffragio magni fauoris retulit ad ſenatũ:ut chriſt⁹ deus haberet. Senatus indignatiõe motus:quod nõ ſibi pri⁹ ꝑm morem delatum eẽt:ut de ſuſcipiẽdo cultu prius ipſe decerneret:conſecrationẽ chriſti recuſauit.edictoque cõſtituit exterminandos eẽ ex urbe chriſtianos.præcipue cũ & Seianus præfectus Tiberii ſuſcipiendæ religioni obſtinatiſſime contradiceret. Tiberius tamẽ edicto accuſatoribus chriſtianoꝝ mortẽ cõminatus ẽ. Itaque paulatim ĩminuta eſt illa Tiberii Cæſaris laudatiſſima modeſtia in pœnã contradictoris ſenatus. Nam regi quæcũque uolũtate faciebat:uolũtas erat.atque ex manſuetiſſimo principe ſæuiſſima beſtia exarſit. Nam plurimos ſenatoꝝ ꝓſcripſit.& ad mortem coegit. Viginti ſibi patricios uiros conſilii cã legerat. Horũ uix duos incolumes reliquit.cæteros diuerſis cauſis necauit. Seianum præfectũ ſuum res nouas molientẽ ĩterfecit. Filios ſuos Druſum & Germanicũ:quoꝝ Druſus naturalis:Germanic⁹ adoptiuus erat manifeſtis ueneni ſignis ꝑdidit. Filios Germanici filii ſui interfecit. Referre ſigillatim facta ei⁹ horret animus pudetque.tanta libidinis & crudelitatis rabie efferbuit:ut qui ſpreuerant chriſto rege ſaluari: rege Cæſare punirent. Huius tamẽ imperii anno.xii.noua & incredibilis clades apud Fidenatiũ urbẽ accidit. Amphitheatri cauea populo gladiatoruʒ munus ſpectãte collapſa ẽ.& pluſquam.xx.M.hominũ occidit. Dignũ ſane poſteris tantæ correptõis exemplũ:tũc ad ſpectãdas hominũ mortes auidos homines cõueniſſe:quando ꝓ ſalute hominũ ꝓuidẽda deus homo eſſe uoluiſſet.

C. 3

Hic dicit:ubi domin⁹ paſſus ẽ:& quod terræ motus factus eſt ꝑ orbem

Einde anno eiuſdē.xv.cuꝫ dominus chriſtus Ieſus uolūtariæ qdem ſe tradidit paſſioni:ſed īpie a iudæis apprehenſus & pati bulo ſuſpenſus ē:maximo terræ motu ꝑ orbē facto ſaxa ī mon tibus ſciſſa ſunt.maximaꝶque urbiū plurime partes plus ſolita cōcuſſi one ceciderunt.Eadem quoque die ad horam diei ſextā ſol in toto orbe obſcuratus:tetraque nox ſubito obducta terris eſt:& ſicut dictū eſt: im piaque æterna timuerunt ſæcula noctem. Vſque adeo aūt neque lunam lumini ſolis.neque nubes obſtitiſſe manifeſtū eſt:ut.xiiii.lunaꝫ ea die to ta cœli regione interiecta longiſſime a conſpectu ſolis abfuiſſe.& ſtellas tunc diurnis horis uel potius in illa horrēda nocte toto cœlo fulſiſſe re feratur.Quod non ſolum ſanctoꝶ euangelioꝶ fides:ſed etiam aliquāti Græcoꝶ libri atteſtanť.Iam hinc poſt paſſionem domini quem iudæi q̄ tum in ipſis fuit pſecuti ſunt:continue clades Iudæorū:donec exinaniti diſperſique deficiant:inceſſabiliter pſtrepunt.Tiberius ſiqdem iuuētu tem eoꝶ per ſpeciem ſacramenti in ꝓuintias grauioris cœli relegauit.re liquos gentes eiuſdem uel ſimilia ſectantes urbe ſubmouit ſub pœna ꝑ petuæ ſeruitutis niſi obtēperaſſent.Sane Aſiæ ciuitates illo terræ motu dirutas tributo dimiſſo ꝓpria etiam libertate donauit.Hic ambiguis ſi gniſ ueneni obiit.Anno ab urbe condita.dcc.lxxxx.tertius ab Auguſto Gaius Caligula cœpit regnare.manſitqꝫ in īpio annis non plenis:iiii.hō ante ſe oīum flagitioſiſſimus:& qui uere dignus Romanis blaſpheman tibus:& Iudæis perſecutoribus punitor adhibitꝰ uidereť. Hic:ut breui ter magnitudinē crudelitatis eius exprimā:exclamaſſe fertur. Vtinā po pulus Romanus unā ceruicem haberet.Sæpe etiam de conditiōe tēpoꝶ ſuoꝶ conqueſtus ē:quod nullis calamitatibus publicis inſignirētur.O beata germina tpis chriſtiani quantum præualuiſtis in rebus humanis: ut etiam crudelitas hoīs magis potuerit clades deſiderare:q̄ īuenire Ec ce de tranquillitate generali feritas ieiuna conquerit.Furor īpiꝰ intꝰ ſæ ua ſedens ſup arma:& centum uinctus ahenis poſt terguꝫ nouis: fremit horridus ore cruento.Serui fugitiui & rebelles gladiatores perterruere Romā.euertere Italiam.Siciliam deleuere:iam pene uniuerſo hūano ge neri toto orbe metuendi.In diebus aūt ſalutis hoc eſt tpibus chriſtianis cōuellere quietē non poteſt uel Cæſar infeſtus.hic ſi qdem magno & in credibili apparatu ꝓfectus quærere hoſtē uiribus ocioſis:Germaniam Galliāque ꝑcurrens in ora oceani circa ꝓſpectuꝫ Britanniæ reſtitit. Cū que ibi Minocynobellinū Britannoꝶ regis filium:quia patre pulſus cū paucis oberrabat:in deditionē recepiſſet:deficiente belli materia Romaꝫ rediit.Iiſdē aūt diebus Iudæi:qui iam tunc ob paſſionem chriſti meritis

ubi que cladibus exagitabantur: apud Alexandriam ſeditiõe excitata ꝑ fligati cæde: atque ab urbe pulſi expromendaꝝ querelaꝝ cauſa Philonē quendam uirum ſane īprimis eruditum legatum ad Cæſarem miſerūt Sed Caligula cum omnibus hominibus tum præcipue iudæis eſſet inſe ſtiſſimus: ſpreta legatione Philonis omnes iudeoꝝ ſacras ædes atq; īpri mis antiquū illud in Hieroſolymis ſacrariu; prophanari ſacrificiis gē tilium: ac repleti ſtatuis ſimulacriſque imperauit: ſeque ibi ut deū coli præcepit. Pilatus autem præſes: qui ſententiam damnationis in chriſtū dixerat: poſtquam plurimas ſeditiones ī Hieroſolymis expleuit & fecit tantis irrogante Gaio angoribus coartatus eſt: ut ſua ſe tranſuerberans manu maloꝝ compendium mortis celeritate quæſiuerit. Gaiꝰ uero Ca ligula libidinibus ſuis etia; illud ſceleris adiecit: ut ſorores ſuas primū ſtupro pollueret: deinde exilio damnaret: Qui poſt omnes ſimul exules iuſſit occidi. Ipſe autem a ſuis ꝓtectoribus occiſus eſt. Duo libelli in ſe cretis eius reperti ſunt: quoꝝ alteri pugio: alteri gladius ꝓ ſigno nomi nis aſcriptus erat: ambo lectiſſimorum uirorum utriuſque ordinis ſena torii & equeſtris nomina & notas continebant morti deſtinatoꝝ. Inuen ta eſt & archa ingens uarioꝝ uenenoꝝ pocula continens. Quibus mox Claudio Cæſare iubente demerſis infecta maria traduntur non ſine ma gno piſciū exitio: quos enecatos p ꝓxima litora paſſim æſtus eiecit. Ma gnū uero indicium miſerentis dei ꝓpter ſuffragium gratiæ in populu; continuo ex pte creditoꝝ. & ꝓpter iræ temperamentum in populu; tūc infideliter obſtinatum: ut quanta multitudo hoīum præparatam mor tem euaſerit: ex multitudine interfectoꝝ piſcium diſceretur: omnibꝰq; noteſceret: quid tanta ueneni moles arte aucta agere in miſerā ciuitate; potuiſſet: quæ negligenter effuſa etiam maria corrupit.

C. 4

Hic dicit: ubi primū uenit Romā btūs Petrus apoſtolus ſub Claudio.

Nno ab urbe cōdita. dcc. lxxxxv. Tiberiꝰ Claudiꝰ ab Auguſto quartus regnū adeptꝰ ē. manſitq; in eo annos. xiiii. Exordio re gni eius Petrꝰ apoſtolus domini nr̄i Ieſu chriſti Romam uenit & ſalutarem cunctis credentibus fidē fideli uerbo docuit. potentiſſimiſ que uirtutibus approbauit. Exin chriſtiani Romæ eſſe cœperūt: ſenſit que hoc collatū fidei ſuæ Roma beneficiū. Nam cum īterfecto Caligu la multa mala de abrogando imperio ac re publica in antiquū ordine; re ſtituenda: euertēdaq; penitus cæſaꝝ uniuerſa familia ſenatꝰ & conſules decreuiſſent. Clandius mox ut cōfirmauit īperiū: magna atque adhuc

Romæ incognita uſus clemētia:ne in tantam nobiliū multitudinē ultio ſi eēt cœpta:ſæuiret:iudiciū illud:quod ex rei publicæ ſtatu īfeliciter cō ſultatū actumque fuerat:memoriæ exemit oīumque factoꝝ dictoꝝue in eo ueniam & obliuionē in perpetuū ſanxit. Ita illam præclaram & fa moſam Athenienſiū amneſtiā:quam qdē Romæ inducere Iulio Cæſarē interfecto ſenatus Cicerone ſuadente tētauerat:ſed & Octauiano & An tonio ꝑpter ultionē extincti Cæſaris irrūpentibus in irritū ceſſerat:hāc Claudius quis multo truculentiore cā in cædē conſpiratoꝝ ſtimularet ultronea clementia nullo expetente firmauit. Accidit etiam eodē tēpore præſentis gratiæ dei grande miraculū. Siquidē Furiꝰ Camillus Scribo nianus Dalmatiæ legatus:bellū ciuile molitus legiones multas fortiſſi maſque ad ſacri mutationem pellexerat. Itaque die dicto:ut in unū ūdi que ad nouū imperatorē cōueniret:neque aquile ornari.neque cōuel li quoquo modo ſigna:moueriue potuerūt:exercitus tanta & tam inuſi tata miraculi fide motus & cōuerſus in pœnitentiā īperatorem Scriboni anū.v.ſtatim die deſtitutū interfecit.ſeſeque ſacro prioris militiæ conti nuit. Triſtius ac pniciosius urbi Romæ nihil unq̄ fuiſſe q̄ bella ciuilia: ſatis notum eſt. Itaque ꝑpter aduentum apoſtoli Petri & tenera chriſti anoꝝ germina uix dum adhuc pauca ad ſanctæ fidei ꝓfeſſionem erum pentia hanc ex orientem tyrannidem & conſurgens iſtud ciuile bellū qſ nam diuinitus eſſe cōpreſſum neget:qui præteritis temporibꝰ de cōpreſ ſione belloꝝ ciuiliū ſimile ꝓbarit exemplum? Claudius.iiii.imperii ſui anno:cupiens ſe utilem rei publicæ oſtentare principem:bellū ubique & uictoriam undecunque quæſiuit. Itaque expeditionem ī Britanniā mo uit:quæ excitata in tumultū ꝑpter non redbibitos trāſfugas uidebatur tranſuectuſque in inſulā eſt:quam neque ante Iulium Cæſarem:neque poſt eum qſq̄ adire auſus fuerat. Ibique ut uerbis Suetonii Tranquilli loquar:ſine ullo prælio ac ſanguine intra pauciſſimos dies plurimā īſu læ ptem in deditionē recepit. Orchadas etiā inſulas ultra Britanniam ī oceano poſitas Romano adiecit impio:ac ſexto q̄ ꝓfectus erat mēſe Ro mam rediit. Conferat nūc:ſi cuiq̄ placet inſula & inſula.tēpus & tēpus bellū & bellū:cæſar & cæſar. Nam de fine nihil ꝓfero:quoniam hoc fœli ciſſima uictoria.illud acerbiſſima clades fuit.& ſic demū Roma cognoſ cat per eius latentē ꝓuidentiā in agendis rebus antea ſe partē fœlicitatis habuiſſe: cuiꝰ agnitōe ſuſcepta pleniſſima fœlicitate pfruitur:inquātū non tamen blaſphemiaꝝ offendiculis deprauatur. Eodē āno imperii eiꝰ fames grauiſſima per Syriam facta ē:quam & ꝓphetæ prænunciauerant. ſed chriſtianoꝝ neceſſitatibꝰ apud Hieroſolymam conuectis ab ægypto

frumentis Helena Adiabenoꝝ regina cõuerſa ad fidẽ chriſti largiſſime
miniſtrauit. Anno ĩperii ei⁹.v.in Therã & Theraſiã inſulas: de ꝓfundo
emicuit belua.xxx.ſtadioꝝ extenta ſpatio. Anno eius.vii.ſub ꝓcuratore
Iudeæ Cumano in Hieroſolymis tanta ſeditio in diebus azimoꝝ exor
ta eſt.ut in portaꝝ exitu populo coartato. xxx.M. Iudæoꝝ cæde ꝓſtra
ta:& cõpreſſione ſuffocata referant. Anno eiuſdẽ.ix.expulſos per Clau
diũ urbe iudæos Ioſephus refert.ſed me magis Suetonius mouet: q̃ ait
hoc modo. Claudius Iudæos ĩpulſore chriſto aſſidue tumultuãtes Ro
ma expulit: Quod utꝝ cõtra chriſtũ tumultuãtes iudæos coerceri & cõ
primi iuſſerit: an etiam chriſtianos ſimul: uelut cognatæ religiõis homi
nes uoluerit expelli: nequaq̃ diſcernit: Veꝝtamen ſequenti anno tanta
fames Romæ fuit: ut medio foro ĩpator correptus a populo cõuiciis &
fragminibus panis turpiſſime infeſtatus ægre p pſeudotyꝝ in palatiuꝫ
refugiens: furorẽ excitatæ plebis euaſerit. Paruo aũt intercedente tẽpoꝛ
xxxv. ſenatores &.ccc.ſimul equites Romanos minimis cauſis ĩterfecit
ipſe aũt manifeſtis ueneni ſignis mortuus ẽ. Anno ab urbe cõdita.dccc.
viii. Nero Cæſar ab Auguſto.v.principatũ adeptus ẽ. manſitqꝫ ĩ eo an
nis non plenis.xiiii. Gaii Caligulæ auunculi ſui erga oĩa uitia ac ſcelera
ſectator: ĩmo tranſgreſſor. Petulantiã: libidinem: luxuriã: auaritiaꝫ: cru
delitatẽ nullo nõ ſcelere exercuit. Siqdem pcitus petulantia oĩa pene Ita
liæ ac Græciæ theatra pluſtrans: aſſũpto & uarii ueſtit⁹ dedecore ceritos
cithariſtas: tragœdos: & aurigas ſæpe ſibi ſuperaſſe uiſus ẽ. Libidinibus
porro tantis exagitatus ẽ: ut ne a matre qdẽ uel ſorore ulla conſanguini
tatis reuerẽtia abſtinuiſſe referat: uiꝝ in uxorem duxerit: ipſe a uiro ut
uxor acceptus ſit. Luxuriæ uero tã effrenatæ fuit: ut retib⁹ aureis piſca
ret: quæ purpureis funib⁹ extrahebãt. frigidis & calidis lauaret unguẽ
tis. Qui etiã nunq̃ min⁹.M.carrucis cõfeciſſe iter tradit. Deniqꝫ urbis ro
mæ incendiũ uoluptatis ſuæ ſpectaculũ fecit. Per ſex.n.dies ſeptẽqꝫ no
ctes ardens ciuitas regios pauit aſpectus. Horrea quadro ſtructa lapide
magnæque illæ ueteꝝ inſulæ: quas diſcurrẽs adire flãma nõ potuit: ma
gnis machinis quondã ad extrema bella præparatis labefactatæ atque in
flãmatæ ſunt: ad monumentoꝝ buſtoꝝqꝫ diuerſoria ĩfœlici plebe com
pulſa. Quod ipſe ex altiſſima illa Mecenatiana turre ꝓſpectans: lætuſqꝫ
flammæ. ut aiebat: pulchritudĩe tragico habitu iliadẽ decãtabat. Auari
tiæ aũt tam præruptæ extitit: ut poſt hoc incendiũ urbis: quam ſe Augu
ſtus ex latericia marmoreaꝫ reddidiſſe iactauerat: neminẽ ad reliqas reꝝ
uſtaꝝ adire permiſerit: cũcta: quæ flãmæ quoquo mõ ſuperfuerant ipſe
abſtulit. Cẽties centena. M.ſeſtertiũ ad annuam impenſam a ſenatu ſibi

conferri imperauit. Plurimos ſenatorũ nulla extante cauſa bonis priuauit. negotiatorꝝ omniũ ſub una die tormentis quoque adhibitis oẽm penitus cenſum abſterſit.

Nero hic primus perſecutus eſt chriſtianos: qui etiam apoſtolos Petrũ & Paulum occidit.

Rudelitatis autẽ rabie ita efferatus eſt: ut plurimam ſenatꝰ partem interfecit. equeſtrẽ ordinẽ pene deſtituerit. ſed ne parricidiis quidem abſtinuit. Matrem fatrẽ ſororẽ uxorem. cæteroſque cognatos & ꝓpinquos ſine hæſitatiõe proſtrauit. Auxit hanc molẽ facinorũ eius temeritas impietatis in deũ. Nam primus Romæ chriſtianos ſupliciis & mortibus affecit. ac ꝑ oẽs prouincias pari ꝑſecutiõe excruciari imperauit: ipſumque nomẽ extirpare conatus beatiſſimos chriſti apoſtolos Petrũ cruce: Paulum gladio occidit. Mox aceruatim miſerã ciuitatẽ obortæ undique clades oppreſſere. Nam ſubſequẽte autumno tãta. urbi peſtilentia incubuit: ut. xxx. M. funerꝝ in rationeꝫ libitinæ uenirent Britanica deinde clades eueſtigio accidit. qua duo præcipua oppida magna ciuiũ ſociorꝝque clade & cæde direpta ſũt. Præterea ĩ oriẽte magnis Armeniæ ꝓuinciis amiſſis Romanæ legiões ſub iugũ Parthicum miſſæ ægreque Syria retẽta eſt. In Aſia tres urbes: hoc eſt Laodicia Hierapolis Coloſſæ terræ motu cõciderũt. At uero Nero poſtq̃ Galbam ĩ Hiſpaĩa imperatorẽ creatũ ab exercitu cognouit: totus aĩo ac ſpe cõcidit. Cũqꝫ incredibilia ꝑturbendæ immo ſubruendæ rei publicæ mala moliret̃: hoſtis a ſenatu pronũciatus ignomĩoſiſſime fugiẽs ad quartũ ab urbe lapidem ſeſe interfecit. atque in eo oĩs Cæſarꝝ familia cõſumpta eſt. Anno ab urbe cõdita. dcccxxii. Galba apud Hiſpaĩas uſurpauit impium. Qui ut Neronis mortẽ cõperit. Romã uenit. Cũque omni auaricia & ſæuitia ſegniciaque offenderet: Piſonẽ ſibi nobilem induſtriũque adoleſcẽtem in filiũ atque in regnum adoptauit. cũ quo. vii. menſe imperii ſui ab Othone iugulatus eſt. Luit Roma cædibꝰ prĩcipũ excitatis ciuilibus bellis recentes chriſtianæ religiõis iniurias. & ſigna legionũ illa: quæ ſub aduentu in urbẽ Petri apoſtoli diuinitus coercita cõuelli nullo modo ad excitandũ ciuile bellũ ualuerat: quod ꝑ Scribonianum parabat̃. Petro in urbe interfecto. & chriſtianis pœnarꝝ diuerſitate leniatis: toto ſe orbe ſoluerũt. De Hiſpania ſiq̃dẽ ilico Galba ſurrexerat: Quo mox preſſo: Otho Romæ. Vitelliꝰ in Germania. Veſpaſianus in Syria impia ſimul atqꝫ arma rapuerũt. Probẽt ſane & inuiti potentiã ſimul & clementiaꝫ dei: qui chriſtianis tempibus offendũt̃: quanta celeritate tãtorꝝ incendia bellorꝝ

& excitata ſunt & repreſſa: cum antea & minimis cauſis magnæ ac diutinæ clades agitarenť: & nūc maximi undique conſtrepantes magnoꝝ maloꝝ fragores minimo negocio ſopirētur. Iam enī erat Romæ q̄uis perſecutiōe uexante eccleſia: quæ iudici omniū chriſto etiā pro īimicis & perſecutorib⁹ ſupplicaret. Igiť Otho cū Galba & Piſone Romæ interfectis inter tumultus cædeſque inuaſiſſet imperiū. ac mox creatū imperatorē ī Gallia ꝑ Germanicas legiōes Vitelliū comperiſſet: bellū ciuile molitus tribus primū leuibus prœliis: hoc eſt unū apud alpes: alio circa Placētiā tertio circa locum: quem Caſtoris uocant: contra Vitellianos duces congreſſus uictor extitiſſet: quarto apud Bebryacū prælio: cum animaduertiſſet ſuos uinci. menſe. iii. quam imperare cæperat ſeſe īterfecit. Vitelli⁹ uictor Romam uenit ubi cū multa crudeliter ac neqter ageret: īcredibili etiā uoracitatis appetitu hūanam uitā probris aggrauaret: poſtquā de Veſpaſiano comperit: primū deponeŕ eſt molitus imperiū. poſtea a quibuſdam aīatus Sabinū Veſpaſiani fratrē nihil mali tū ſuſpicantē cū cæteris Flauianis in Capitoliū cōpulit ſuccenſoque templo & miſta ſimul flamma ruinaque oēs in unū pariter interitū ac tumultū dedit. Poſt deficiente in Veſpaſiani nomē exercitu ſuo deſtitutus: appropiquātibus iam hoſtibus trepidus: cū ſe in quandā cellulam ꝓximā ī palatio contruſiſſet: turpiſſime inde ꝓtractus: cū ꝑ uiam ſacram nud⁹ duceretť paſſim cunctis funū in os ei⁹ cōiectantibus in foꝝ deductus. viii. quam regnum præſūpſerat mēſe apud Gemonias ſcalas minutiſſimoꝝ ictuum crebris cōpūctiōibus excarnificatus atque inde unco tractus & ī Tyberim merſus etiam cōmuni caruit ſepultura. Multis aūt & nefariis modis ꝑ complures dies a Veſpaſianis militibus aduerſum ſenatū populumque Romanum indiſcreta cæde ſæuitum eſt. Anno ab urbe cōdita. dccccxxv. breui illa quidē ſed turbida tyrannoꝝ tempeſtate diſcuſſa: tranquilla ſub Veſpaſiano duce ſerenitas rediit. Namque: ut paulo altius repetam: Iudæi poſt paſſiōem chriſti deſtituti in totū gr̄a dei: cū oīb⁹ undiq̄ malis circūuenirētur q̄dam in Camelum mōtem ſeducti ſortibus quæ portenderēt exortos a Iudæa duces reꝝ potituros fore: bellum ad ſe trahentes in rebelliōē exarſerunt. Extinctiſque Romanis præſidiis legatum quoque Syriæ ſuppetias ferētem: rapta aq̄la & cæſis copiis fugauerunt. Ad hos Veſpaſianus a Nerone miſſus Titū filium ſuum maiorē inter legatos habuit. Nam multas & uarias legiōes ſecum in Syriam traiecit.

Hic diciť: ubi Hieroſolyma euerſa eſt a Veſpaſiano & Tito. Iudæi capti uel interfecti ſunt

Taque cū Iudæos multis eoꝝ oppidis captis in urbē Hieroſolymoꝝ præcipue ob diem feſtū congregatos obſidione clauſiſſet:cognita Neronis morte:hortatu plurimoꝝ regū & ducuꝫ maxime Ioſephi Iudæoꝝ ducis ſententia:qui captus cū ī uincula conii ceretur:conſtantiſſime dixerat:ſicut Suetonius refert:continuo ſe ab eodem ſed īperatore ſoluendū:īperiū adeptus eſt.Relictoque ī caſtris ad ꝓcurationē obſidionis Hieroſolymoꝝ filio Tito ꝑ Alexandriam ꝓfectus ē Romam.Sed cognita interfectione Vitellii pauliſꝑ Alexandriæ ſubſtitit.Titus uero magna ac diuturna obſidione iudæos premēs machinis cūctiſque bellicis molibus nō ſine ſuoꝝ multo ſanguine tandeꝫ muros ciuitatis irrupit.Sed ad expugnandā interiorē templi munitiōeꝫ quam incluſam multitudo ſacerdotū ac principū tuebat̄:maiore ui & mora opus fuit.Quod tamen poſtq̄ in poteſtatē redactū opere & antiqtate ſuſpexit:diu deliberauit:utꝝ tanq̄ incitamentū hoſtiū incenderet: an in teſtimoniū uictoriæ reſeruaret.ſed eccleſia dei iam per totū orbeꝫ uberrime germinante:hoc tanq̄ effœtum ac uacuū:nullique uſui bono cōmodū arbitrio dei auferendū fuit.Itaque Titus īperator ꝓnūciat⁹ab exercitu tēplū in Hieroſolymis incendit ac diruit:quod a die conditōis prima uſque ad diē euerſionis ultimā māſerat annis.M.c.&.ii. Muros urbis uniuerſos ſolo adæquauit.dc.M.Iudæoꝝ eo bello īterfecta Cornelius & Suetonius referūt.Ioſephus uero iudæus:q ei tunc bello præfuit:& apud Veſpaſianū ꝓpter prædictū imperiū ueniam gratiamque meruerat:ſcribit undecies centena.M.iudæoꝝ gladio & fame periſſe: reliqas uero iudæoꝝ diuerſis actas conditionib⁹ toto orbe diſꝑſas:quarū numerus ad.lxxxx.M.hoīum fuiſſe narratur.Veſpaſianus aūt & Tit⁹ imꝑatores magnificū agentes de Iudæis triumphū urbē ingreſſi ſunt. Pulchꝝ & ignotū ante cūctis mortalibus inter.ccc.xx.triūphos:q a conditione urbis uſque in id tēpus acti erant:hoc ſpectaculū fuit:patreꝫ & filium uno triūphali curru uectos glorioſiſſimā ab his qui patreꝫ & filiū offenderant:uictoriam reportaſſe.Qui continuo oībus bellis ac tumultibus domi foriſque cōpreſſis pacē totius orbis ꝓnūciauerūt.& Ianum geminū obſeratis cohiberi clauſtris ſextū demū ipſi poſt urbē conditam cenſuerūt.Iure.n.idē honos ultioni paſſionis domini īpenſus ē: qui etiam natiuitati fuerat attribut⁹.Tūc deinde ſine ullis bellorum tumultibus in īmenſū res publica hūana ꝓuehit̄.ſiquideꝫ Achaia: Lycia Rhodus:Byzantiū Samos:Thracia:Cilicia:Cōmagene tum primū redactæ in ꝓuincias:Romanis iudicibus legibuſque paruerūt.Nono aūt īperii ei⁹ āno tres ciuitates Cypri terræ motu corruerūt.& Romæ magna

peſtilentia fuit. Veſpaſianus aūt in uilla ꝓpria circa Sabinos.ix.āno pri cipatus ſui ꝑ fluuio uētris mortu⁹ ē. Anno ab urbe cōdita.dccc.xxxiiii. Titus ſegregatis a numero principum Othone & Vitellio ab Auguſto octauus biēnio poſt Veſpaſianū regnauit: Cui⁹ tanta tranqllitas in īpe rio fuit: ut null⁹ oīo ſanguinē in re publica adminiſtrāda fudiſſe referat Et tamē tūc Romæ orto repēte incēdio plurimæ ædes publicæ cōcrema tæ ſunt. abruptū tūc & Veſuuii mōtis uerticē magna ꝓfudiſſe incendia ferūt: torrentibuſq3 flāmaꝝ uicina regiōis cū urbib⁹ hoībuſque deleſſe. Tit⁹ cū ingēti oīu3 luctu in eadē uilla qua pr̄ eius morbo abſumptus ē:

pepilenna

Domitianus hic ſecundā pſecutionem fecit in chriſtianos.

Nno ab urbe condita: dccc.xxxv. Domitian⁹ Titi frater ab Augusto nonus fratri ſucceſſit in regnū: Qui per annos.xv. ad hoc paulatim per oēs ſceleꝝ gradus creuit: ut cōfirmatiſſimā toto orbe chriſti eccleſiam: datis ubique crudeliſſime pſecutionis edictis cōuellere auderet. Is in tantā ſuperbiā ꝓlapſus fuit: ut dominū ac deū ſeſe uocari: ſcribi: colique iuſſerit: nobiliſſimos e ſenatu īuidiæ ſimul ac præde cauſa alios palam interfecit. alios in exilium truſit. ibique imperauit trucidari. Libidinis intpantia quicquid cogitari pōt: fecit. plurimas urbis edes deſtructis populi Romani ꝓpriis reb⁹ extruxit. Bellū aduerſu3 Germanos & Dacos ꝑ legatos geſſit pari rei publice pnicie: cum & in urbe ipſe ſenatum populumque laniaret: & foris malū circūactum exercitū aſſidua hoſtes cede conficerent. Nam quanta fuerint Diurpanei Dacoꝝ regis cū Fuſco duce prelia: quāteque Romanoꝝ clades lōgo textu euoluerem: niſi Cornelius Tacitus: qui hanc hiſtoriam diligentiſſime contexuit: de reticendo interfectoꝝ numero & Saluſtium Criſpū & alios auctores q̄plurimos ſanxiſſe: & ſeipſum quidem potiſſimu3 elegiſſe dixiſſet. Domitian⁹ tamen prauiſſime elatus iactantia ſub nomine ſupatoꝝ hoſtiū de extinctis legionib⁹ triumphauit. Idemque efferatus ſupbia: qua ſe deum coli uellet: perſecutionem in chriſtianos agi ſecundus a Nerone imperauit: Quo tempore etiam beatiſſimus Ioannes apoſtol⁹ in Pathmo inſula fuit. Inter iudeos quoque acerbitate tormentoru3 & cruentiſſime queſtionis exquiri genus Dauid atque interfici preceptū eſt: dum ꝓphetis ſanctis & iudeis & creditur: quaſi adhuc futur⁹ eſſet ex ſemine Dauid: qui regnum poſſet adipiſci. Continuo tamen Domitianus crudeliter in palatio a ſuis interfectus eſt. cuius cadauer populari ſandapila per ueſpiliones exportatū atque ignominioſiſſime ſepultū ē

Joannes aptus

Anno ab urbe condita.dccc.xlvi.quanuis Eutropius.l. hunc eſſe annū ſcripſerit:Nerua admodum ſenex a Petronio præfecto prætorio & Parthenio Spadone interfectore Domitiani imperator decim⁹ ab Auguſto creatus Traianū in regnum adoptauit:per quez re uera afflictæ rei publicæ dīna ꝓuiſio conſuluit.Hic primo edicto ſuo cūctos exules reuocauit:unde & Ioannes apoſtolus hac generali indulgentia liberat⁹ Epheſum rediit.Emēſoqꝫ anno īperii ſui Nerua confectus morbo diē obiit.

Hic dicitur de Traiano.

Nno ab urbe cōdita.dccc.xlvii.Traianus genere Hiſpanus.xi. ab Auguſto rei publicæ gubernacula Nerua tradente ſuſcepit ac per annos.xviiii.tenuit.Apud Agrippinam Galliæ urbem inſignia ſumens imperii mox Germaniam trans Rhenū in priſtinū ſtatū reduxit.trans Danubium multas gentes ſubegit.Regiones aūt trās Euphraten & Tigrim ſitas prouincias fecit.Seleuciam & Creſiphontem & Babylonem occupauit.In perſequendis chriſtianis errore deceptus tertius a Nerone cum paſſim repertos cogi ad ſacrificandum idolis: ac detrectantes interfici præcepiſſet:plurimique interficerent:Plinii ſecundi qui inter cæteros iudices perſecutor datus erat relatu admonit⁹:ꝺeos homines præter confeſſione n chriſti honeſtaque conuenticula nihil cōtrarium Romanis legibus facere:fiducia ſane innocentis confeſſionis nemini mortem grauem ac formidoloſam uideri:reſcriptis ilico leuiorib⁹ tēperauit edictum.Verūtamen continuo Romæ aurea domus a Nerone tot priuatis publiciſque rebus impenſis condita repentino cōflagrauit incendio:ut intelligeretur miſſa etiam ab alio perſecutio in ipſi⁹ potiſſime monumentis:a quo primum exorta eſſet:atque ī ipſo auctore puniri.Terræ motu.iiii.urbes Aſiæ ſubuerſæ Helea: Myrma: Pythane: Cynie:& Græciæ ciuitates duæ Pynthoriū & Orthorium.Tres Galleciæ ciuitates eodem terræ motu dirutæ.Pantheon Romæ fulmine concrematum.terræ motus Antiochiam pene totam ſubruit ciuitatem. Incredibili deinde motu ſub uno tempore uideri:quaſi rabie efferati per diuerſas terraꝝ partes exarſerūt.nam & per totam Libyam aduerſus incolas atrociſſima bella geſſerunt:Quæ adeo tunc interfectis cultoribus deſolata eſt:ut niſi poſtea Hadrianus imperator collectas illuc aliunde colonias deduxiſſet:uacua penitus terra abraſo habitatore manſiſſet. Aegyptum uero totam & Cyrenen & Thebaidam cruentis ſeditionib⁹ turbauerunt.In Alexandria aūt commiſſo prælio uicti & attriti ſunt in Meſo

motus

... fulmine ...

potamia quoque rebellãtibus iuſſu imperatoris bellũ illatũ ẽ. Itaque multa. M. coꝝ uaſta cæde deleta ſũt. Sane Salaminã urbẽ Cypri: ĩterfe ctis omnibus accolis deleuerũt. Traianus: ut qdam ferunt: apud Syleuciam Iſauriæ urbẽ profluuio uentris extĩctus ẽ. Anno ab urbe condita dccclxvii. Adrianus cõſobrinæ Traiani filius. xii. ab Auguſto pricipatũ adeptus uno &. xx. ãnis imperauit. Hic per Quadratũ diſcipulũ apoſtoloꝝ & Ariſtidẽ Athenienſem uiꝝ fide & ſapientia plenuꝫ & per Serenum Graniũ legatũ libris de chriſtiana religiõe cõpoſitis inſtructus atque eruditus præcepit per epiſtolã ad Minutiũ Fũdanium procõſuleꝫ Aſiæ datam: ut nemini liceret chriſtianos ſine obiectu crimĩs aut ꝑbatione damnare. Idẽ quoque cõtinuo pater pr̃iæ in ſenatu ultra morẽ maioꝝ appellat̃: & uxor eius Auguſta. Adrianus rem publicaꝫ iuſtiſſimis legibus ordinauit. bellũ contra Sauromatas geſſit. & uicit. Iudæos ſane perturbatiõe ſceleꝝ ſuoꝝ exagitatos: & Paleſtinam prouĩciaꝫ quõdam ſuam depopulãtes ultima cæde ꝑdomuit. ultuſque ẽ chriſtianos: quos illi Cotheba duce quod ſibi aduerſus Romanos nõ aſſentarẽt: excruciabãt. Præcepitque: ne cui Iudæo introeũdi ĩ Hieroſolymã eſſet licentia chriſtianis tantũ ciuitate ꝑmiſſa quam ipſe ĩ optimũ ſtatum muroꝝ extructiõe reparauit. & Aeliam uocari de prænomĩe ſuo præcepit:

Quartã hic perſecutiõem chriſtianoꝝ ab Antonio factam refert.

Nno ab urbe condita. dccclxxxix. Antonius cognomento Pius xiii. ab Auguſto imperator creatus cuꝫ liberis ſuis Aurelio & Lucio. xx. & nõ plenis trib⁹ ãnis rem publicã gubernauit adeo tranquille & ſancte: ut merito Pius & pater patriæ nomĩatus ſit. Huius tamẽ tꝑibus Valẽtinus Hæreſiarches & Credo magiſter Martiõis Romam uenerũt. Veꝝ Iuſtinus philoſophus librũ ꝑ chriſtiana religione cõpoſitũ Antonio tradidit. benignũque eũ erga chriſtianos homĩes fecit. Antonius ad duodecimũ ab urbe lapidẽ morbo corrept⁹ ĩteriit. Anno ab urbe cõdita. dccccxi. Marcus Antonius Verus. xiiii. ab Auguſto regnũ cũ Aurelio Cõmodo fratre ſuſcepit. mãſitque ĩ eo ãnis. xiiii. Hi primi rem publicã æquo iure tutati ſũt. bellũ deinde cõtra Parthos admirabili uirtute & felicitate geſſerunt. Anni⁹ Antoni⁹ Ver⁹ ad id bellũ ꝑfect⁹ ẽ. Vologeſſus enĩ rex Parthoꝝ graui eruptione Armeniã & Cappadociam Syriãque uaſtabat. Sed Antonius ꝑ ſtrenuiſſimos duces magnis rebus geſtis Seleuciam Aſſiriæ urbẽ ſup ydaſpem fluuiũ ſitã cuꝫ cccc. M. hominũ cepit. & cũ fratre de uictoria Parthica triumphauit. ac

non multo poſt dū cum fratre in uehiculo ſederit:caſu morbi:quem apoplexiam Græci uocant:ſuffocatus īteriit:Quo defūcto Marcus Antoninus ſolus rei publicæ præfuit: ſed ī diebus Parthici belli pſecutões christianoꝝ.iiii.iam poſt Neronem uice in Aſia & in Gallia graues præcepto eius extiterūt.multique ſanctoꝝ martyrio coronati ſunt. Secuta eſt lues plurimis infuſa prouinciis.totamque Italiam peſtilentia tanta uaſtauit:ut paſſim uillæ agri atque oppida ſine cultore atque habitatore deſerta in ruinas ſiluaſque cōceſſerit. Exercitum uero Romanoruꝫ cūctaſque legiões per lōginqua late hyberna diſpoſitas ita cōſumptas ferunt:ut Marcomānicum bellum:quod cōtinuo exortum eſt non niſi nouo delectu militum:quē triennio iugiter apud Carnotum Marcus Antoninus habuit: geſtuꝫ fuiſſe referat. Hoc quidem bellum prouidētia dei adminiſtratū eſſe cū plurimis argumentis: tum præcipue epiſtola grauiſſimi ac modeſtiſſimi imperatoris apertiſſime declaratū eſt. Nā cum inſurrexiſſent gentes immanitate barbaræ:multitudine innumerabiles:hoc eſt Marcomanni Qualli Vuandali Sarmatæ Sueui.atque oīs pene Germania:& in Qualloꝝ uſque fines progreſſus exercitꝰ: circumuentuſque ab hoſtibus propter aquaꝝ penuriam potius ſitis q̄ hoſtis periculum ſuſtineret:ad inuocationē nominis chriſti quam ſubito magna fidei conſtantia quidaꝫ milites effuſi in preces palam fecerant:tanta uis pluuiæ effuſa eſt:ut Romanos quidē largiſſime ac ſine iniuria refecerit.barbaros autē crebris fulminū ictibus perterritos:præſertim cum plurimi eoꝝ occiderentur.in fugā coegerit: Quoꝝ terga Romani uſqꝫ ad internitionē cædentes glorioſiſſimaꝫ uictoriā & oībus pene ātiquoꝝ titulis præferendam rudi paruoque milituꝫ numero: ſed potentiſſimo chriſti auxilio reportarunt. Extare etiam apud pleroſqꝫ dicunt litteræ imperatoris Antonini:ubi īuocatione noīs chriſti p milites chriſtianos & ſitim illam expulſam & collatam fatet fuiſſe uictoriā. Idēque Antoninus Commodū filiū ſuū aſſumpſit in regnū. Præteriti & tpis p oēs prouincias tributa donauit.oīaque ſimul fiſcaliū negocioꝝ calūnioſa monumenta cōgeſta in foro iuſſit incendi.ſeuerioſqꝫ leges nouis conſtitutionibus tpauit. Poſtremo in Pannonia cōſtitutus repētino morbo diē obiit.

Hic dicitur de flagitiis & malis:quæ geſſit Cōmodus.

Nno ab urbe condita.dcccc.xxx. Lucius Antoninus Cōmodꝰ xv.ab Auguſto patri ſucceſſit in regnū.manſitque in eo annis xiii.& aduerſus Germanos bellum feliciter geſſit. Cæterum p

oĩa luxuriæ.& obſcœnitatis dedecore deprauatus gladiatoriis quoque armis ſæpiſſime in ludo depugnauit.& in amphitheatro feris ſeſe obiecit frequenter. Interfecit etiam q̃plurimos ſenatores:maxime quos aĩaduertit nobilitate induſtriaque excellere. Flagitia regis pœna urbis inſequitur. Nam fulmine Capitolium ictum:ex quo facta inflammatio bibliothecam illam maioꝝ cura ſtudioque cõpoſitam:ædeſq; alias iuxta ſitas rapaci turbine concremauit. Deinde aliud incendiũ poſtea Romæ exortum ædem Veſtæ & palatium plurimamque urbis partem ſolo coæquauit. Cõmodus cunctis incommodus in domo Veſtiliani ſtrangulatus interiiſſe fertur:hoſtis generis humani etiã uiuus iudicatus. Poſt hunc a ſenatu creatus ẽ ſenex Aelius Pertinax.xvi.ab Auguſto. qui.vi menſe q̃ regnare cœpat:Iuliani iuriſperiti ſcelere in palatio occiſus eſt. Iulianus interfecto Pertinace inuaſit ĩperiũ.ſex mox a Seuero apud põtem Miluiũ bello ciuili uictus.& interfectus ẽ mẽſe.vii. poſtq̃ cœperat ĩperare. Ita in Pertinacẽ & Iulianũ unus annus conſũptus ẽ.

Quintam pſecutionẽ hic dicit a Seuero factam.

Nno ab urbe condita.dcccc.xliiii. Seuerus genere Apher Tripolitanus ab oppido Lepti:qui ſe ex nomine imperatoris quẽ occiſum ultus fuerat Pertinacẽ appellari uoluit.xvii.ab auguſto deſtitutum adeptus imperiũ:x.&.vi.annis tenuit. Hic natura ſæuꝰ multis ſæpe bellis laceſſitus fortiſſime q̃dem rem publicam:ſed laborioſiſſime rexit. Peſcenniũ Nigrum: qui ab Aegypto & Syria ad tyrannidem aſpirauerat:apud Cyzicũ uicit.& interfecit:Iudæos & Samaritas rebellare conantes ferro cõpeſcuit. Parthos & Arabas Adiabenoſq; ſuperauit. Quinta poſt Neronem pſecutõe chriſtianos excruciauit.plurimique ſcõꝝ per diuerſas ꝓuincias martyrio coronati ſunt. Hanc ꝓphanã in chriſtianos & eccleſiam dei præſumptionẽ Seueri cœleſtis ultio e ueſtigio acta ſubſequit̃. Nam continuo rapit̃:uel potiꝰ retrahit̃ in Galliam Seuerus e Syria ad tertiũ ciuile bellũ. Iam.n.unũ Romæ aduerſus Iulianũ. aliud in Syria contra Peſcenniũ geſſerat. tertiũ Dodius Albinus Iuliani in occidẽdo Pertinace ſocius.q ſe in Gallia Cæſarẽ fecerat. ſuſcitabat:cuius bello multũ utrinque Romani ſanguinis fuſũ ẽ. Albinus tamen apud Lugdunũ oppreſſus & interfectus ẽ. Seuerus uictor ĩ Britãniã defectu pene oĩum ſocioꝝ trahit̃:ubi magnis grauibuſq; præliis ſæpe geſtis receptã partem inſulæ a cæteris indomitis gentibꝰ uallo diſtinguendã putauit. Itaque magnam foſſam firmiſſimũque uallum

crebris inſup turribus communitũ p.cxxxii.M.paſſuũ a mari ad mare duxit.Ibique apud Eboracũ oppidũ morbo obiit:relinquẽs duos filios Baſſianũ & Getam.Quoꝝ Geta hoſtis public⁹ iudicat⁹ interiit.Baſſianus uero Antonini cognoĩe aſſũpto regno potit⁹ ẽ.Anno ab urbe condita:dcccc.lxvii.Aureli⁹ Antoninus Baſſianus idẽque Caracalla.xviii ab Auguſto principatũ adeptus ẽ.manſitq3 in eo annis nõ plenis ſeptẽ. Vixit uero pr̃e aſpior:oĩbus libidine intpantior: q̊ etiam nouercã ſuaz Iuliam uxorẽ duxerit.Hic contra Parthos bellũ moliens ĩter Edeſſam & Caras ab hoſtib⁹ circũuent⁹ occiſus eſt.Poſt hũc.xviiii.ab Auguſto Ophilus Macrin⁹:q præfectũs prætorio erat cũ filio Diadumeno inuaſit ĩperiũ.ſed emẽſo anno cõtinuo apud Archelaidẽ militari tumultu occiſus ẽ.Anno ab urbe cõdita.dcccc.lxx.Marcus Aureli⁹ Antonin⁹.xx ab Auguſto ĩperiũ adept⁹ tenuit annis.iiii.Hic ſacerdos Heliogabali tẽpli nullã ſui niſi ſtuproꝝ & flagitioꝝ totiũſq3 obſcœnitatis ĩfamẽ ſatis memoriã reliqt.Tumultu aũt militari exorto Romæ cũ matre interfectus ẽ.Anno ab urbe condita.dcccc.lxxiiii.Aurelius Alexander.xxi.ab Auguſto ſenatus ac militũ uolũtate ĩperator creatus.xiii.annis dign⁹ equitat⁹ præconio fuit:Cuius mr̃ Mamea xpiana Origenẽ preſbyterũ audire curauit.Nã ſtatĩ expeditõe in Perſas facta Xerſem regẽ eoꝝ maximo bello uictor oppreſſit:Vlpiano uſus aſſeſſore ſummaz ſui moderationẽ rei publicæ exhibuit.ſed militari tumultu apud Magontiacuz interfectus eſt.

De ſexta perſecutione a Maximino facta.

Nno ab urbe cõdita.dcccc.lxxxvii.Maximinus.xxii.ab Auguſto nulla ſenatus uolũtate imperator ab exercitu poſtq̃ belluz in Germania ꝓſpere geſſerat creatus perſecutionem in chriſtianos ſextus a Nerone exercuit.Sed continuo hoc ẽ tertio quã regnabat anno a Pupieno Aquileiæ interfectus:& perſecutõis & uitæ finem fecit Qui maxime ꝓpter chriſtianam Alexandri:cui ſucceſſerat & Mameæ matris eius familiam perſecutionem ĩ ſacerdotes & clericos:ideſt doctores:uel præcipue ꝓpter Origenẽ præſbyteꝝ miſerat.Anno ab urbe cõdita.dcccc.lxxxxi.Gordianus.xxiii.ab Auguſto imperator creatus eſt: manſitque in eo annis.vi.Nam Pupeienus interfector Maximini: & frater eius Albinus:qui uſurpauerant ĩperiũ:in palatio mox ĩterfecti ſũt Gordianus admodũ puer in orientẽ ad bellũ Parthicum ꝓfectus: ſicut Eutropius ſcribit:iam portas aperuit:quas utꝝ poſt Veſpaſianũ & Titum aliquis clauſerit:neminem ſcripſiſſe memini:cumtamẽ eas ab ipſo

Veſpaſiano poſt annũ aptas Cornelius Tacitus ꝓbet. Igitur Gordianus ingentibus prælíis aduerſum Parthos ꝓſpere geſtis ſuorũ fraude haud longe a Cyrceſo ſuper Euphratẽ interfectus eſt.

Primũ hic Philippus cũ filio ſuo ambo chriſtiani facti ſũt.

Nno ab urbe condita.dcccc.lxxxxvii.Philippus.xxiiii. ab Auguſto ĩperator creatus Philippũ filiũ ſuũ conſortẽ regni fecit manſitque in eo annis.vii.Hic primus ĩperatoꝝ omniũ chriſtianus fuit.ac poſt tertium imperii ei⁹ annũ.M.a conditiõe Romæ annus impletus eſt.Ita ludis magnificis auguſtiſſimis omnium præteritorũ hic natalis annus:a chriſtiano imperatore celebratus ẽ.Nec dubium eſt qn Philippus huius tantæ deuotionis gratiam & honorẽ ad chriſtũ & ad eccleſiam reportarit:quando uel aſcenſum fuiſſe ab eo Capitolium ĩmolataſque ex more hoſtias nullus auctor oſtendit.Ambo tamẽ q̃uis diuerſis locis tumultu militari & Decii fraude interfecti ſunt.

De ſeptima perſecutione facta a Decio.

Nno ab urbe condita.M.iiii.Decius ciuilis belli incentor & repreſſor.occiſis Philippis.xxv.ab Auguſto ĩuaſit ĩperiũ:tenuitque annis tribus.Idẽ continuo in quo ſe etiam ob hoc Philippos interfeciſſe docuit:ad perſequendos interficiendoſque chriſtianos vii.poſt Neronem feralia diſpſit edicta,plurimoſque ſcõꝝ ad coronas chriſti de ſuis cruciatibus miſit.Idẽque filiũ ſuũ cæſarẽ legit: cũ quo ſimul continuo in medio barbaroꝝ ſinu interfectus ẽ.Anno ab urbe cõdita.M.vii.Gallus Hoſtilianus.xxvi.ab Auguſto regnũ adept⁹ uix duobus annis cũ Voluſiano filio obtinuit.Exoritur ultio uiolati nomĩs chriſtiani.& quatenus ad ꝓfligandas eccleſias edicta Decii cucurrerũt eatenus incredibiliũ morboꝝ peſtes extendit. Nã nulla fere ꝓuincia romana:nulla ciuitas:nulla dom⁹ fuit:quæ nõ illa generali peſtilẽtia correpta atque uaſtata ſit. Hac ſola pnicie inſignes Gallus & Voluſianus: dũ contra Aemilianũ nouis rebus ſtudentẽ bellũ ciuile moliunt:occiſi ſunt.Aemilianus tamen tertio menſe ĩuaſæ tyrannidis extinctus ẽ.Anno ab urbe condita.M.x.duo ĩperatores.xxvii.poſt Auguſtũ loco creati ſunt:Valerianus in Rhetia ab exercitu Auguſtus ẽ appellat⁹.Romæ aũt a ſenatu Galen⁹ in regno infelicitet annis.xv.ſublimatus: reſpirãte pauliſp ab illa ſupra ſolitũ iugi & graui peſtilẽtia hũano generĩ prouo

cat pœnã ſuã obliuioſa malicia. Impietas enĩ flagella qdẽ excruciata ſentit. ſ3 a quo flagellaẽ: obdurata nõ ſentit. Et ut de ſupiorib' taceã: facta a Decio christianoꝝ pſecutõe totũ romanũ ĩperiũ peſtilẽtia magna uexauit. Mentita eſt iniqtas ſibi: prauo in perniciẽ ſuam circũuenta iudicio: peſtilentiã cõis caſus eẽ accidentẽque ex morbis mortem naturæ finem eſſe nõ pœnã. Rurſus igiẽ atque in breui iram dei ſceleratis actionibus ꝓuocat: excepturus plagã: cuius aliquando meminiſſe cogatur.

De octaua perſecutiõe facta a Valeriano.

Alerianus ſiqdem mox: ut arripuit ĩperiũ: octaua ſane Romæ pſecutiõe adigi p tormenta christianos ad idolatriam: abnegãteſque interfici iuſſit: fuſo per oẽm Romani regni latitudine3 ſcõꝝ ſanguine. Valerianus ilico nefarii auctor edicti a Sapore Perſarũ rege captus ĩperator populi Romãi ignominioſiſſima apud Perſas ſeruitute conſenuit: hanc infamis officii continuã: donec uixit: damnatiõ3 ſortitus: ut ipſi accliuis regẽ humi ſp aſcenſuꝝ in equũ non manu ſua ſed dorſo attolleret. Et Galenus qdem tam claro dei iudicio territ' tãq3 miſero collegæ pmotus exemplo: pacẽ eccleſiis trepida ſatiſfactiõe reſtituit. Sed non cõpenſat ĩiuriæ ultioniſque menſurã unius impii: q̃uis ppetua & ſupra modum abominanda captiuitas contra tot. M. excruciata ſcõꝝ: iuſtoꝝque ſanguis ad deum clamãs: in eadẽ ſeſe terra ubi fuſus eſt: uindicari rogat. Nõ enim de ſolo conſtitutore præcepti iuſto ſuppliciũ iudicio flagitabaẽ. ſed etiam executores: delatores: accuſatores: ſpectatores: ac iudices poſtrema: qui ĩiuſtiſſime crudelitati uel tacita uolũtate aſſentabantur: qa deus ſecretoꝝ cognitor ẽ: & quoꝝ maxĩa p oẽs ꝓuincias pars hoĩum uerſabaẽ: eadẽ ultiõis plaga corripi iuſtũ erat. Soluunẽ repente undiq3 pmiſſu dei ad hoc circũpoſitæ relictæque gentes. laxatiſque habenis in oẽs Romanoꝝ fines inuehuntur. Germani alpib' Rhetia totaque Italia penetratis Rauennam uſque peruenĩũt. Alemãni Gallias ꝓuagantes etiã in Italiã tranſeũt. Græcia Macedonia Pont' & Aſia Gothoꝝ inundatione deletur. Nam Dacia trans Danubium in ppetuum aufertur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulanẽ: Germani ulteriores abraſa potiũtur Hiſpania. Parthi Meſopothomiã auferunt Syriamque corradũt. Extant adhuc per diuerſas ꝓuincias in magnarũ urbiũ ruinis paruæ & pauperes ædes. ſigna miſeriaꝝ: & nominũ indicia ſeruantes ex quibus nos quoque in Hiſpania Taraconẽ noſtrã ad conſolationem miſeræ recentis oſtendim'. Et ne quid forte Romani corpis

ab hac dilaceratione ceſſaret:conſpirant intrinſecus tyranni.conſurgūt bella ciuilia.funditur ubique plurimus ſanguis Romanoꝝ: Romanis Barbariſque ſæuientibus.ſed cito ira dei in miſericordiam uertit.& cœptæ ultionis maior forma:quam pœna in menſuram plenitudinis reputatur.Igitur primus Genuus:qui purpuram imperii ſumpſerat:apud Myrſam occiditur.Poſthumius in Gallia īuaſit tyrannidē:multo qdē rei publicæ cōmodo.Nam per.x.annos ingenti uirtute ac moderatione uſus & dominantes hoſtes expulit:& ꝑditas ꝓuincias in priſtinam faciē reformauit.ſeditione tamen militū interfectus eſt.Aemilianꝰ apud Magontiam:cum res nouas moliretur oppreſſus ē.Poſt mortē Poſthumii Marius ibidem īuaſit imperiū.ſed cōtinuo interfectus ē.Deinde Victorinus a Gallis ultro creatus poſt paululū occiſus ē.Huic ſucceſſit Tetricus:qui tūc Aquitaniæ præſidatus miniſtrabat officiū.multaſqꝫ ſeditiones militū pertulit.At uero in oriente per Odenatū quendā collecta agreſti manu uicti repulſique Perſæ defenſa Syria.recepta Meſopotamia eſt.& uſqꝫ ad Cteſiphontē ruſticani Syriæ cū Odenato uincēdo uenerūt.Galenꝰ aūt cū rē publicam deſeruiſſet:ac Mediolāi libidinibꝰ inſeruiret:occiſus ē.Anno ab urbe cōdita.M.xxv.Claudius.xxviii:uolūtate ſenatus ſumpſit īperiū.Statimqꝫ Gotos iam per annos.xv.Illyricū Macedoniamqꝫ uaſtantes bello adortꝰ:incredibili ſtrage deleuit:cui a ſenatu clypeꝰ aureus in curia.& in Capitolio ſtatua æque aurea decreta ē.ſed continuo apud Syrmiū priuſq̄ īperiū expleret:morbo correptꝰ interiit.Claudio mortuo Quintillus frater eiꝰ ab exercitu īpator electꝰ uir qdē moderatōis unicæ:& ſolus fratri præferēdus.xvii.īperii die īterfectus ē. Anno ab urbe cōdita.M.xxvii.Aurelianus.xxix.īperiū adeptꝰ qnqꝫ annis & ſex mēſibꝰ tenuit:uir induſtria militari excellentiſſimus. Expeditiōe in Danubiū ſuſcepta Gotos magnis præliis ſtrauit.ditiōeꝫque romanam antiqs terminis ſtatuit.Inde in orientē cōuerſus Zenobiam:quæ occiſo Odenato marito ſuo Syriam receptaꝫ ſibi uendicabat magis prælio terrore q̄ prælio in poteſtatē redegit.Tetricū ī Gallia minime ſufficientē ſuſtinere ſeditiones militū ſuoꝝ:ſcribentēqꝫ etiam me eripe his inuicte malis:ac per hoc ꝓditorem exercitus ſui ſine labore ſuperauit.Sic orientis & aquilonis receptor magna gloria triūphauit.urbem Romam muris firmioribus cinxit.

De.ix.perſecutōe per Aurelianū in chriſtianos facta.

Quiſſime cū ꝑſecutionē aduerſū xpianos agi.ix.a Nerone decerneret:fulmē ante eū magno pauore circūſtantium ruit.ac nō multo poſt in itinere occiſus eſt.Anno ab urbe cōdita.M.

xxxii. Tacitus:xxx. adeptus imperiũ ſexto menſe occiſus in Ponto eſt. Poſt quem Florianus partẽ regni in ſortẽ ferens: tertio demum menſe apud Tharſum interfectus ẽ. Anno ab urbe condita. M.xxxiii. Probus xxxi. regnũ ſortitus obtinuit annis. vi. & menſibus. iiii. Gallias iã dudũ a barbaris occupatas ꝑ multa & grauia prælia deletis tandem hoſtibus ad perfectũ liberauit. Bella deinde ciuilia equidẽ plurimo ſanguĩe duo geſſit. unũ in oriente: quo Saturninũ tyrannide ſubnixũ oppreſſit & cepit. aliud: quo Proculũ & Bonoſũ apud Agrippinã magnis præliis ſuꝑatos interfecit. Ipſe apud Syrmiũ in turre ferrata militari tumultu interfectus ẽ. Anno ab urbe condita. M.xxxix. Carus Narbonenſis. xxxii ſuſcepit ĩperiũ ac biennio tenuit: Qui cũ filios ſuos Charinũ & Numerianũ conſortes regni efficeret: bello Parthico: poſtq̃ duas nobiliſſimas Parthoꝝ urbes Cothem & Cteſiphontem cepit: ſuper Tigridem in caſtris fulmine ictus interiit. Numerianus: qui cum patre fuerat: rediens fraude Apri ſoceri ſui interfectus eſt. Anno ab urbe condita. M.xli. Dioclitianus. xxxiii. ab exercitu ĩperator electus annis uiginti fuit. Statimque ut poteſtatis copiã habuit: Aprum interfectorẽ Numeriani manu ſua interfecit. Charinũ deinde: quem Charus cæſarem in Dalmatia reliquerat: flagitioſe uiuentẽ: difficillimo bello & maximo labore ſuperauit. Dehinc cũ in Gallia Amandus & Aeliandus collecta ruſticanoruꝫ manu: quos Vacaudas uocabant: ꝑnicioſos tumult⁹ excitauiſſent: Maximianũ cognomẽto Herculiũ cæſarẽ fecit: miſitq; in Gallias: qui facile agreſtiũ hoĩuꝫ ĩperitã & confuſam manũ militari uirtute cõpeſcuit. Deinde Carauſius q̇dam genere quidẽ infimus: ſed conſilio & manu ꝓmptus: cũ ad obſeruanda oceani litora: quæ tũc Franci & Saxones infeſtabant poſitus: plus in ꝑniciẽ. q̃ in ꝓuectum rei publicæ ageret: ereptã prædonibus prædã nulla ex ꝑte reſtituendo dominis: ſed ſibi ſoli uẽdicando accendens ſuſpitionẽ: quia ipſos quoq; hoſtes ad incurſandos fines artificis negligentia ꝑmitteret: quaꝫ ob rem ẽ a maximiano iuſſus occidi: purpurã ſũpſit. ac Britannias occupauit. Igitur per oẽs romani ĩperii fines ſubitaꝝ turbationũ fragores concrepuerũt. Carauſio rebellãte ĩ Britãnia: Achilleo in Aegypto: cũ & Aphricã Quinquegentiani infeſtarent: Narſe⁹ & rex Perſaꝝ orientẽ bello ꝓmeret. Hoc ꝑiculo itaque Dioclitianus ꝑmotus maximianũ Herculiũ ex cæſare fecit Auguſtum. Conſtantium uero & maximianũ Galeriũ cæſares legit. Conſtantius Herculii maximiani priuignam Theodoraꝫ accepit uxorẽ: ex qua vi. filios fratres Cõſtantini ſuſtulit. Carauſius Britãnia ſibi p. vii. ãnos fortiſſime uẽdicata ac retenta: tandẽ fraude allecti ſocii ſui ĩterfectus ẽ.

Allectus poſtea ereptam Carauſio inſulam per triennium tenuit: quē
Aſclepiodotus præfectus prætorio oppreſſit. Britanniãque poſt decem
annos recepit. Conſtantius uero cæſar ĩ Gallia primo prælio ab Alemã
nis ꝓfligato exercitu ſuo uix ipſe ſurreptꝰ ē. ſecũdo aũt ſecuta eſt ſatis
ſecũda uictoria. nam paucis horis. lx. M. Alemãnoꝝ cæſa referunt. At
Maximianus auguſtus Quinquagentianos in Aphrica ꝑdomuit. Por
ro aũt Dioclitianus Achilleum obſeſſum ꝑ octo menſes apud Alexan-
driam cepit & interfecit. Sed ĩmoderata uictoria uſus Alexandriã dire-
ptioni dedit. Aegyptũ totam ꝓſcriptiõibus cædibus fœdauit. Præterea
Galerius Maximianus cũ duobus iam præliis aduerſũ Narſeum cõfli
xiſſet: tertio inter Gallienicũ & Caras cõgreſſus & uictus amiſſis copiis
ad Dioclitianũ refugit. A quo arrogantiſſime exceptus ē ita ut per ali-
quot. M. paſſuũ purpuratus ãte uehiculũ eius cucurriſſe referat. Veꝝ
tamen hac cõtumelia quaſi cote uſus ē ad uirtutē. ꝑ quam detrita regii
faſtus rubigine: aciē mentis expediit. Itaque mox ꝑ Illyricũ & Mœſiaꝫ
undiqꝫ copias cõtraxit. raptimqꝫ in hoſtē reuerſus Narſeũ magnis con
ſiliis ac uiribꝰ ſupauit. Extinctiſque Perſaꝝ copiis ipſoqꝫ Narſeo ĩ fu-
gam acto caſtra eius ĩuaſit. uxores: ſorores: liberoſqꝫ cepit. ĩmenſam ui
Gazæ Perſicæ diripuit. captiuos q̃plurimos Perſaꝝ nobilium abduxit
Reuerſus in Meſopotamiã a Dioclitiano plurimo honore ſuſceptus ē
Poſtea per eoſdē duces ſtrenue aduerſus Carpos Baſternaſque pugna
tum eſt. Sarmatas deinde uicerũt. quoꝝ copioſiſſimã captiuam multi-
tudinem ꝑ romanoꝝ finium diſperſerunt præſidia.

Dioclitiani ꝑſecutio. x. loco poſt Neronē refertur.

Nterea Dioclitianꝰ in oriēte. Maximianꝰ Herculiꝰ ĩ occidente
uaſtari eccleſias. affligi interficique chriſtianos decimus poſt
Neronē loco præceperũt: quæ ꝑſecutio oĩbꝰ fere ãteactis diutur
nior atqꝫ ĩmanior fuit. Nã ꝑ decē annos incẽdiis eccleſiaꝝ. ꝓſcriptiõibꝰ
innocentiũ. cædibus martyꝝ inceſſabiliter acta ē. Sequit terræ motus in
Syria: ex quo apud Tyrum & Sidonem paſſim labentibus tectis multa
M. hominũ proſtrata ſunt. Secundo perſecutionis anno Dioclitianus
ab ĩuito exegit Maximiano: ut ſimul purpurã ĩperiũque deponerēt: ac
iunioribꝰ in rē publicam ſubſtitutis ipſi in priuato ocio conſeneſcerent
Itaqꝫ ſub una die Dioclitianꝰ apud Nicomediã. Maximianus apud me
diolanũ poteſtatē imperii ſimul cultũque poſuerũt. Galeriꝰ & Cõſtãtiꝰ
auguſti primũ Romanũ ĩperiũ in duas ꝑtes determinauerũt. Galeriꝰ

Maximianus Illyricum Aſyam & orientē. Conſtantius Italiã Aphricam & Gallias obtinuit. Sed Conſtanti⁹ uir tranqlliſſim⁹ Gallia tantũ Hiſpaniaque content⁹ Galerio in cæteris partibus ceſſit. Galerius duos cæſares legit: Maximũ: quem in oriente conſtituit. & Seuerũ cui pmiſit Italiam: ipſe in Illyrico conſtitut⁹. Conſtanti⁹ uero auguſtus ſummæ manſuetudinis & ciuilitatis in Britannia mortē obiit: q Conſtantinũ filium ex concubina Helena creatũ imperatorē Galliarũ reliquit. Anno ab urbe condita. M.lxi. Conſtantinus. xxxiiii. gubernacula impii a Cõſtantio patre ſuſcepit: quæ uno &. xxx. annis feliciſſime tenuit. Occurrit mihi ſubito & tripudiis qbuſdam inſultat: Eia inqunt. tandē in foueas nr̃as diu expectate ueniſti. Hic te decurſurũ opperiebamur. hic delapſum opprimim⁹. hic confuſũ tenemus: Suſtinuimus te hactenus artificioſe quodam modo & callide fortuitas tēporũ mutationes xpianorũ ultionib⁹ coaptantē. Interdũ quidē ueriſimiliũ ſpecie permoti: utpote hoīes ignari diuinorũ ſecretorũ timore palluim⁹ ſed nũc euacuauit Maximianus noſter oēm ſcænam fabulæ tuæ. noſtræque religiōis antiquatæ colũna inexpugnabilis fulſit. Per annos. x. euerſæ ſunt eccleſiæ ur̃æ: ut tu fateris. dilacerati cruciatibus. exinaniti mortib⁹ toto orbe xpiani. Tenemus euidens teſtimoniũ tuum. nullam ſuperiorē perſecutionẽ adeo uel grauē uel diuturnam fuiſſe. Et tamen ecce inter tranqlliſſima temporũ bona ipſorũ quoq̃ īperatorũ: qui iſta fecerũt inuſitata felicitas nulla domi fames. nulla peſtilentia: nullũ foris bellũ niſi uolũtarium: quo exerceri uires non periclitari queant. Res præterea humano generi hucuſque incognita: multorũ ſimul regũ patiens conſortiũ. & magna concordia. poteſtaſque cōis. alias nunq̃ niſi nũc in cōe pſpiciens. deinde etiam: quod abſque ulla hactenus mortaliũ noticia ē impatores illi maximi qppe & pſecutores honore depoſito & aſſumpta q̄eti priuati: qd' beatiſſimum hoīes & ſummum bonũ uitæ bonæ iudicant. & hoc tunc uelut præmii loco auctores perſecutōis adepti ſunt: quando accēſa perſecutio medio ſui tpe toto orbe ſæuiebat. An etiam hanc beatitudinē illis tpibus pœnaliter accidiſſe aſſeris. & nos hinc quoq̃ terrere molitis: qbus humiliter reſponderī: me plurima cura pietatis accinctũ cōmonerī de ueris. nō terrere de falſis: Decē pſecutiones a Nerone uſque ad Maximianũ eccleſia chriſti paſſa ē. Nouē ut ego dixi ultōes: ut ipſi nō negāt calamitateſq̃ e ueſtigiis conſecutæ ſũt. nec ī uerbo premor: utrũ debitæ ultiōes: an fortuitæ pmutationes fuiſſe uideanī: quæ tamen meo ſuoq̃ teſtimonio clades fuerũt. In decima hæſitatũ putāt miſeri & cæci nō uidētes tanto eā ipſis fuiſſe grauiorē: quanto minus intellecta ē. Impius

enim flagellatur:& non ſentit:quod cũ expoſitũ fuerit:inuiti licet ꝓpter ipſam rerꝫ fidẽ fatebũtur:qa ex illa Maximianæ pſecutionis maxia punitione iſta ſunt uulnera:qbus etiam nũc iſti dolent.& intantũ dolent: ut etiã clament:noſque ad reclamãdũ laceſſant ſollicitos:fieri: qualiter cõticeſcant. In primo libello expoſitũ a nobis ẽ: Pompeiũ Trogum & Corneliũ Tacitũ cõmemoraſſe non plene qdem: noſtrũ uero Moyſen & ipſorꝫ teſtimonio fidelem fideliter ſufficiẽterq; dixiſſe:Aegyptios & regẽ eorꝫ:cũ populũ dei ſeruire intentũ & paratũ deo ſuo ĩpediẽdæ deuotionis inſtinctu ad lutũ paleaſque reuocarent.x:acerbiſſimis plagis fuiſſe uexatos. Deinde uiolentia malorꝫ edomitos non ſolũ coegiſſe feſtinantẽ.ſed etiã propriis ſuis argenteis & aureis uaſis accumulauiſſe. Poſt uero oblitos plagæ ſuæ:& cupidos prædæ indebitæ:ĩuidos etia; religionis alienæ:dũ innocẽtes auide pſequũt:mari rubro ultio receptos: oẽs fundit⁹ interiſſe.Quod ego nũc refero ac renũtio.& ſi forte fide nõ acceptatũ:exitũ tamen ꝓbandũ.qa hæc in figuram noſtri facta ſunt.

Hic dicitur quod populus dei cum in Aegypto affligitur:decẽ plagis percuſſa ẽ Aegyptus.& populus chriſtianus dũ.x.perſecutionibus a Romanis affligitur:x.plagas acceperunt.

Terque populus unius dei eſt.una populi utriuſque cã.Subdita fuit Iſraelitarꝫ ſynagoga Aegyptiis. ſubdita eſt chriſtianorꝫ eccleſia Romanis.perſecuti ſunt Aegyptii Hebræos. perſecuti ſunt Romani chriſtianos. Decem ibi contradictiones aduerſus Moyſen. hic decem edicta aduerſus chriſtũ. Diuerſæ ibi plagæ Aegyptiorum.diuerſæ hic calamitates Romanorꝫ.Nam ut etiam inter ipſas ſe plagas inquantum tamen figura formæ comparari poteſt conferam ibi prima habuit correptio ſanguine; uulgo:uel manaſſe de puteis uel in fluminibus cucurriſſe.hic prima ſub Nerone exegit plaga:ut ibique morientium ſanguis uel morbis in urbe correptus:uel bellis in orbe ꝓfuſus eſſet. Ibi ſequens plaga prodidit perſtrepẽtes:perſultanteſque in penetralibus ranas inediæ propemodum cauſam habitatoribus atq; exilii fuiſſe.Hic ſequẽs ſub Domitiano pœna ſimiliter oſtẽdit: ſatellitum militũq; ei⁹ improbis effrenatiſq; diſcurſib⁹ cruẽtiſſimi iuſſa principis exequentiũ ad inopiam p oẽs ciues romanos adactos exilioq; diſpſos: Ibi tertia uexatio hũit ſcinifices muſculas ſcilicet puiſſimas ac ſæuiſſimas:quæ mediis ſæpe æſtib⁹ per loca ſqualida ſe coadunando & uibrando denſatæ nõ nullo uolatu allabi ſolẽt capilliſq; hoĩu; ac pecudũ ſetis

3 cũ urente morſu interſeri. hic itidem tertia ſub Traiano plaga Iudæos
excitauit:qui cũ antea ubiq; diſperſi ita:iam quaſi nõ eſſent:qeſcerẽt: re
pentino oẽs calore permoti in ipſos:inter quos erant:toto orbe ſæuierũt
abſque magnis multaꝝ urbiũ ruinis:quas crebri terræ mot⁹ iiſdẽ tẽpo
ribus ſubruerũt:Ibi in quarta plaga muſcæ caninæ fuerũt:reuera alum
næ putredinis uermiũque matres.hic itidẽ quarta ſub Marco Antonio
4 plaga lues plurimis ĩfuſa ꝓuĩciis Italia; quoque cũ urbe Roma uniuer
ſa exercitũque Romanũ ꝑ lõginquos limites & diuerſa hyberna diſpſũ
in mortẽ diſſolutũ putredĩe ſimul ac uermib⁹ dedit.Ibi quĩta correptio
5 pecoꝝ ac iumẽtoꝝ repentino ĩteritu expleta eſt.Hic ſimiliter quinta ul
tiõe ſub pſecutore Seuero crebertimis ciuilib⁹ bellis ꝓpria uiſcera & ad
iumenta rei publicæ:hoc ẽ plebes ꝓuinciaꝝ & legiões militu; cõminutæ
6 ſũt.Ibi ſexta uexatio intulit ueſicas efferueſcẽtes ulceraq; manãtia . hic
æque ſexta punitio:quæ poſt Maximini perſecutiõem fuit.q ſpecialiter
epiſcopos clericos omiſſa turba populari.hoc ẽ eccleſiaꝝ primates truci
dari imperauerat:intumeſcẽs crebro ira atque ĩuidia nõ ꝑ uulgi cædem
ſed per uulnera morteſque prĩcipũ ac potentiũ exaltata eſt. Ibi ſeptima
plaga numeraẜ coacto aere grando.ꝓfuſaque hõib⁹ iumẽtiſque ac ſatis
exitio fuit . hic ſimiliter.vii.plaga ſub Gallo & Voluſiano: q pſecutori
Decio mox interfecto ſucceſſerãt plaga extitit corrupto aere peſtis infu
ſa:quæ ꝑ oĩa Romani regni ab oriẽte in occidẽtem ſpatia cũ omne ꝓpe
modũ gen⁹ hominũ & pecudũ neci dedit:tum etiã corrupit lacus ĩfecit
pabula tabo.Ibi octaua; Aegypti cõtritiõem fecere excitatæ undique lo
cuſtæ tenẽtes ac terentes tegẽteſque omnia.hic.viii æque ſubuerſionem
Romani orbis excitatæ undique ĩtulere gẽtes:quæ cædib⁹ atque ĩcẽdiis
cũctas ꝓuincias deleuerũt. Ibi nona turbatio diuturnas & craſſas ac pe
ne tractabiles tenebras habuit:plus oĩo periculi comminata quam fecit.
hic itidẽ.ix.correptio fuit:cũ Aureliano pſecutiõem decernẽti diris tur
binib⁹ terribile ac triſte fulmẽ ſub ipſius pedibus ruit:oſtẽdẽs:quid: cũ
ultio talis exigereẜ:tãtus poſſet ultor:niſi & clemẽs eẽt & patiẽs:quamq̃
ĩtra ſex ab hinc mẽſes ſuccidui tres impatores:hoc ẽ Aurelian⁹ Tacitus
& Florian⁹ diuerſis cauſis ĩterfecti ſũt.Ibi poſtremo.x.plaga: quæ & no
uiſſima oĩu; fuit.ĩterfectio filioꝝ: quos primos quique genuerãt.hic ni
hilominus.x.id eſt nouiſſima pœna oĩu; idoloꝝ ꝑditio ẽ:quæ primitus
facta ĩ primis amabãt.Ibi rex potentiam dei ſenſit.ꝓbauit.& timuit.ac ꝑ
hoc populũ dei liberũ abire permiſit. ibi nunq̃ popul⁹ dei poſtea ad ſer
uitutẽ retractus. hic nunq̃ populus dei ad idolatriam coactus ẽ. Ibi Ae
gyptioꝝ uaſa precioſa Hebræis tradita ſũt. hic in eccleſias chriſtianoꝝ

præcipua paganoꝝ templa ceſſerũt.Sane illud ut dixi denũciãdũ puto: quia ſicut Aegyptiis poſt has.x.plagas dimiſſos Hebræos ꝑſeq̃ molientibus irruit per ſupinductũ mare æterna ꝑditio:ita & nos libere q̃dẽ peregrinantes ſupuentura quandoque ꝑſecutio gentiliũ manet donec mare rubꝝ hoc ẽ ignem iudicii ipſo domino noſtro Ieſu chriſto duce & iudice tranſeamus.Hi uero in quos Aegyptioꝝ forma tranſfundit : ad tempus poteſtate ꝑmiſſa ſæuientes grauiſſimis q̃dem ꝑmiſſu dei chriſtiãos cruciatibus ꝑſequũtur: Veꝝtamen iidem oẽs inimici chriſti cum rege ſuo antichriſto accepto ſigno ignis æterni: in quem magna impediente caligine dũ non uidet intrant:perpetuã perditionem ĩmortalibus arſuri ſupplitiis ſortient.Igitur mortuo ut dixi Conſtantino in Britannia Cõſtantinus imperator eſt creatus primus imperatoꝝ chriſtianus:excepto Philippo:qui chriſtianus annis admodũ pauciſſimis ad hoc tantũ cõſtitutus fuiſſe mihi uiſus ẽ:ut.M.Romæ annus chriſto poti⁹: q̃ idolis dicaretur.A Conſtantino aũt ſp omnes chriſtiani imperatores uſq; ĩ hodiernum diem creati ſunt:excepto Iuliano:quem impia ut aiunt machinantem:exitialis uita deſeruit.Hæc ẽ lenta illoꝝ paganoꝝ pœna.ſed certa.Hinc ſani inſaniũt.hinc non uulnerati cõpunguntur.hinc ridẽtes gemunt.hinc uiuentes deficiũt:hinc ſecreto excruciantur:quos nemo ꝑſequitur.hinc iam pauciſſimi remanſerũt:qui nunq̃ aliquo ꝑſequẽte puniti ſunt.Veꝝtamen qualis tunc perſecutores illos:de quorũ ĩpunitate non ſolum gloriari:ſed etiam inſultare conãtur:finis manſit: ẽxpediam Conſtantino in Galliis ſtrenuiſſime rẽ publicã ꝓcurante prætoriã milites Romæ Maxentiũ filiũ Herculii:q priuatus in Lucania morabat:auguſtũ nũcupauerũt.Maximianus Herculius iã ex auguſto priuat⁹: & adhuc publicus perſecutor occaſione filii ſolicitatus:qui ĩperiũ abiecerat:arripuit tyrannidem.Galerius auguſtus Seueꝝ Cæſarem aduerſus Maxentiũ Romã mittit cũ exercitu.Seuerus cũ urbẽ obſideret militũ ſuoꝝ ſcelere deſertus & ꝓditus:atque ex eo fugiens Rauẽnæ interfect⁹ ẽ Herculius perſecutor & ex auguſto tyrannus confirmatũ iã ĩ imperio filiũ ueſte ac poteſtate regia ſpoliare conatus ẽ.Cõuicii aũt ac tumultibus militũ palã cõterrit⁹ in Gallias ꝓuectus ẽ:ut Cõſtantino genero æq; dolis iunctus auferret ĩperiũ.ſed per filiam deprehenſus & prodit⁹: deĩde in fugam uerſus Maſſiliæ oppreſſus & interfectus eſt.Porro Galeri⁹ occiſo Seuero Lyciniũ imperatorẽ creauit.Cunque perſecutionẽ a Dioclitiano & Maximiano miſſam ipſe atrociorib⁹ edictis accumulauiſſ;: ac poſtq̃ per annos.x.omni genere hoĩum exhauſit ꝓuĩcias putrefacto introrſũ pectore:& uitalib⁹ diſſolutis:cũ ultra horrorẽ hũanæ miſeriæ

etiã uermes eructaret: medicique ultra iã fetorẽ nõ ferẽtes crebro iuſſu eius occiderent: a quodam medico conſtantiã ex deſpatione ſumente in crepitus iram dei eſſe pœnam ſuã: atque a medicis ideo non poſſe curari edictis late miſſis chriſtianos de exiliis reuocauit. Ipſe aũt cruciat⁹ nõ ſu ſtinens: uim uitæ ſuæ attulit. Ita tũc res publica ſub nouis. iiii. principi bus fuit: Conſtantino & Maxentio filiis auguſtoꝝ: Lycinio aũt & Ma ximino hoĩbus nouis. Conſtãtinus pacẽ eccleſiis poſt. x. annos: quæ a ꝑ ſecutoribus uexabant: indulſit. Deinde inter Conſtantinũ & Maxentiũ bellum ciuile exortũ eſt. Maxentius ſæpe multis præliis fatigat⁹ ad pon tem Miluiũ ultimo uictus & interfectus ẽ. Maximinus ꝑſecutiõis chri ſtianoꝝ incẽtor. executorque infeſtiſſimus apud Tharſũ: dũ ciuile bel lum cõtra Lyciniũ diſponit: interiit. Lycinius repentina rabie ſuſcitat⁹ oẽs chriſtianos e palatio ſuo iuſſit expelli. Mox bellu3 inter Lycinium ipſum & Conſtantinũ efferbuit. ſed Conſtantin⁹ Lycinium ſororis ſuæ uiꝝ in Pannonia primũ uicit. deinde apud Ciualas oppreſſit. Vniuerſa Græcia potitus Lyciniũ crebris bellis terra marique aſſurgẽtẽ & repreſ ſum tandẽ ad deditione3 coegit. ſed Herculii Maximiani ſoceri ſui mo tus exemplo: ne iteꝝ depoſitã purpurã in perniciẽ rei publicæ ſumeret: priuatũ iuſſit occidi: cũ oĩbus iam miniſtris nefariæ ꝑſecutõis extinctis: hũc quoque inq̃tũ exercere potuit: ꝑſecutionem digna punitio flagita ret Cõſtantini filii Criſpus & Conſtantin⁹ & Lycinius adoleſcens Lyci nii Auguſti filius: Cõſtãtini aũt ex ſorore nepos: cæſares ſũt creati. His diebus Arrius Alexãdrinæ urbis preſbyter a ueritate fidei catholicæ de uians: exitiale plurimis dogma conſtituit: Qui primũ: ſimul ut Alexan driæ uel notus uel notat⁹ inter cõfuſos uulgo ſectatores inſectatoreſq3 factus ẽ: ab Alexandro eiuſdẽ urbis tũc epiſcopo pulſus eccleſia ẽ. Cun que hoĩes: quos in errorẽ ſeduxerat & in ſeditionẽ excitaret: apud Nice am urbẽ Bithyniæ cõuentus. cccxviii. epiſcopoꝝ factus ẽ: ꝑ quos Arria nũ dogma exitiale & miſeꝝ ẽ euidentiſſime deprehenſũ palã ꝓditũ ac re probatũ ẽ. Sed inter hæc latent cauſæ: cur uindicẽ gladiũ & deſtinatam in ĩpios punitionẽ Conſtantinus ĩperator etiam in ꝓprios egit affectus Nam Criſpum filiũ ſuũ & Lyciniũ filiũ ſororis ſuæ ĩterfecit. Præterea multas gentes diuerſis præliis ſubegit. Vrbẽ noĩe ſuo Romanoꝝ regu3 uel primus uel ſol⁹ inſtituit: Quæ ſola exps idoloꝝ ad hoc breuiſſimo tempore condita a xpiano imperatore ꝓuecta ẽ: ut ſola Romæ tot ſæcu lis miſeriiſque ꝓuectæ: forma & potẽtia merito poſſit æquari. Tum deĩ de primus Conſtantinus iuſto ordine & pio uicẽ uertit edicto: ſiquide3 ſtatuit citra ullam hoĩum cædem paganoꝝ templa claudi.

nnus pazziada

Ox Gotoꝶ fortiſſimas & copioſiſſimas gentes in ipſo barbari-
ci ſoli ſinu: hoc ē in Sarmataꝶ regione deleuit. Calocheꝶ quē
dam in Cypro aſpirantē nouis rebꝰ oppreſſit. tricennalibꝰ ſuis
Dalmatiū cæſarē legit. Cūque bellū in Perſas moliret in uilla publica
iuxta Nicomediam: diſpoſitam bene rē publicam filiis tradens: diē obi-
it. Anno ab urbe condita. M.lxxxxii. Conſtantiꝰ.xxxv. cū Conſtantino
& Cōſtante fribus ſuis adeptus imperiū.xxiiii. annis tenuit. Fuit aūt in
ter ſucceſſores Conſtantini & Dalmatius cæſar fratris filiꝰ. ſed cōtinuo
militari factione deceptꝰ ē. Interea maligna ſp aduerſus deū ueꝶ inſecta
tio diaboli: quæ ab initio mūdi uſque ad nūc a ſincero tramite fidei reli
gioniſque infuſis erroꝶ nebulis lubrica hoīū corda ꝑturbat: poſtquā
chriſtianis īpatotibꝰ ſummā regiæ poteſtatis in meliora uertentibꝰ eccle
ſiam chriſti zelo idolatriæ perſeq deſtitit: aliud machinamentū: quo ꝑ
eoſdē chriſtianos īperatores chriſti eccleſiaꝫ uexaret: īuenit. Fit igitur
Arrio noui erroris auctori cæteriſqꝫ diſcipulis ipſius ad familiaritateꝫ
Cōſtantii īperatoris ꝓmptus aditus & facilis uia. ſuadet Cōſtantio: ut
quoſdam in deo gradus credat. & q per ianuā ab errore idolatriæ fuerat
egreſſus: reuerſus in ſinū eiuſdē in deo deos quærit: & tanq̄ per pſeudo
tyꝶ inducit. Peruerſo igitur zelo ptās armat illuſa. & ſub noīe pietatis
uis perſecutōis agitat. De noui noīs electiōe cōtenditur: ut Arrianorū
potius eccleſiæ q̄ catholicoꝶ ſint. Seqtur terræ motus horribilis: q plu
rimas orīētis urbes ſolo ſtrauit. Cōſtantius dū Conſtantē fratrē bello
inſectat: incauta petulantia periculis ſeſe offerens a ducibꝰ eiꝰ occiſus ē
Cōſtans aduerſus Perſas & Saporē: q Meſopotamiaꝫ uaſtauerat nouē
præliis paꝶ ꝓſpere decertauit. Seditiōe nouiſſime atque intpantia mili
tum nocte adoriri pugnam coactus: patratam pene uictoriam inſuper
uictus amiſit. Poſtq̄ ſe Cōſtans intolerandis uitiis dediſſet. ac pœna ꝓ
uincialiū fauorem militū cōpararet: Magnētii dolis in oppido cui He
lena nomen eſt in ꝓximo Hiſpaniæ interfectus eſt. Magnentiꝰ eni apud
Auguſtudunū arripuit imperiū: quod cōtinuo per Galliam & Aphri
cam Italiamqꝫ porrexit. In Illyrico aūt Veteranionem ætate grandeuū
īperatorem ſibi milites creauerūt: uiꝶ natura ſimplicem: cūctiſqꝫ iocū
dū: ſed q ne prima quidem unq̄ litteraꝶ elementa didiciſſet. Ita cunque
primas litteras litteraꝶqꝫ ſyllabas imperator ſenex interdū inuitꝰ medi
taret: a Cōſtantio: qui tunc in Magnentiū ultione fratris accenſus bellū
parabat: deponere iuſſus īperiū: abiiciēs cū litteris purpuras: cōtētꝰqꝫ

priuatis feriis:palatiũ ſimul ſcholãque dimiſit. Nepotian⁹ deinde Ro
mæ Cõſtantini ſororis filius:gladiatoꝝ manu fretus inuaſit ĩperiũ qui
deinde cũ ĩprobus ac per hoc inuiſus cũctis eſſet.a Magnentianis duci
bus oppreſſus eſt.Sequitur bellũ illud horribile inter Cõſtantiuꝫ Ma
gnentiũque apud Nurſiam urbẽ geſtũ:in quo multa Romanoꝝ uiriũ
ꝓfligatio etiam in poſteꝝ nocuit.Magnenti⁹ tamen uictus aufugit: ac
nõ multó poſt apud Lugdunũ ꝓpria ſe manu interfecit.Decenti⁹ quo
que frater eiuſdẽ:quẽ cæſarem Gallis præfecerat:apud Senonas laqueo
uitã finiuit.Cõſtanti⁹ cõtinuo Gallũ patrui filiũ cæſarẽ legit: quẽ rur
ſus crudeliter ac tyrannice agentẽ paulo poſtq̃ creauerat:occidit. Silua
nũ quoque per Gallias rebus nouis inhiantẽ mature circũueniendum
opprimendũque curauit.Igiť Siluano ĩterfecto Iulianũ patruelẽ ſuũ
Galli fratrem cæſarem creatũ miſit ad Gallias.Itaque Iulianus Cæſar
euerſas oppreſſaſque ab hoſtibus Gallias ſtrenuiſſime in integrũ reſti
tuit.Alemanorũ paruis copiis magnã multitudinẽ fudit. Rheno Ger
manos reuinxit.His elatus ſucceſſibus faſtigiũ uſurpauit Auguſti: &
mox Italiam Illiricũque peruadens Cõſtantiũ Parthicis prælus occu
patũ regni pte priuauit.Cõſtanti⁹ Iuliani ſcelere cõperto:dimiſſa expe
ditione Parthoꝝ dũ ad ciuile bellũ reuertiť:in itinere inter Ciliciã Cap
padociãque defunctus ẽ. Ita ille qui diſciſſa pace & unitate fidei catho
licæ chriſtianos aduerſus chriſtianos armans ciuili:ut ita dicã:bello ec
cleſiæ mẽbra dilacerauerat:totũ inquietũ tempus ĩperii ſui moleſtum
que ſpatium uitæ ſuæ bellis ciuilibus etiam per ꝓpinquos & cõſangui
neos excitatis exercuit.exegit:expendit.Anno ab urbe condita.M.c.xvi
Iulianus iã dudũ cæſar poſt aũt.xxxvi.ab Auguſto regno potit⁹ anno
uno & menſibus octo ĩperii ſũmam ſolus obtinuit.chriſtianã religiõꝫ
arte potius q̃ ptãte inſectatus:ut negareť fides chriſti & idoloꝝ cultus
ſuſcipetur:honoribus magnis ꝓuocare:quã tormentis cogere ſtuduit.
Aperto tamen præcepit edicto ne qs xpĩanus docendoꝝ liberaliuꝫ ſtu
dioꝝ ꝓfeſſor eſſet.Sed tamen ſicut a maioribus nr̃is cõpertũ habemus:
oẽs ubique ꝓpemodũ præcepti conditiones ãplexati officiũ: q̃ fideꝫ de
ſerere maluerunt.Iulianus aũt bellũ aduerſus Parthos parans cũ Ro
manas uires contractas undique ad deſtinatã ſecum retraheret perditi
onem:xpĩanoꝝ ſanguinem diis ſuis uouit:palam perſecutur⁹ eccleſias
ſi uictoriam potuiſſet adipiſci.Nam & amphitheatꝝ Hieroſolymis ex
trui iuſſit:in quo reuerſus a Parthis epiſcopos:monachos:oẽſque eius
loci ſcõs beſtiis etiam arte ſæuioribus obiiceret.ſpectaretque laniãdos.
Itaque poſtq̃ a Cteſiphonte caſtra mouit:dolo cuiuſdam tranſfugæ ĩ

